

Rest. J. Wyżgi 1933. Dodane brakujące części drewniane. Rest. grzbietu. Fragmenty dawnej skóry naklejone na nowy. K.D.



Tabula

Tabula

De littera D

Incipit methaphisica aristotilis



[O]mnes homines natura scire desiderant. Signum autem est sensuum dilectio; preter enim et utilitatem propter se ipsos diliguntur et maxime aliorum qui est per oculos. Non enim solum ut agamus sed et nichil agere debentes ipsum videre pre omnibus ut dicam [illegible] eligimus. Causa autem est quia hic maxime sensuum cognoscere nos facit et multas [illegible] differentias demonstrat. Animalia quidem igitur natura sensum habentia fiunt. Ex sensibus autem quibusdam memoria non [illegible], quibusdam vero fit; et propter hoc illa quidem prudentia sunt, alia vero disciplinabiliora non potentibus memorari. Prudentia sunt, alia vero disciplinabiliora non potentibus memorari. Prudentia quidem sunt sine addiscere quecumque sonos audire non potentia sunt ut apis et utique si aliquod genus aliud talium est.

[A]ddiscunt autem quecumque cum memoria et hunc habent sensum. Alia quidem igitur ymaginationibus et memoriis vivunt, experimenti autem parum participant; hominum autem genus arte et rationibus. Fit autem ex memoria experimentum hominibus; eiusdem namque rei multe memorie unius experientie potentiam faciunt, et fere videtur scientie et arti simile experimentum esse. Hominibus autem scientia et ars per experientiam evenit. Experientia quidem enim artem fecit, sicut ait Polus recte dicens, sed inexperientia casum. Fit autem ars cum ex multis experimentalibus acceptionibus una fit universalis de similibus acceptio. Nam acceptionem quidem habere quod Callie et Socrati tali egritudine laborantibus hoc contulit et ita multis singularium experimentum est; quod autem omnibus huiusmodi secundum unam speciem determinatis hac egritudine laborantibus contulit, ut fleugmaticis aut colericis aut febricitantibus, artis est. Ad agere quidem igitur experientia nichil ab arte differre, sed et expertos magis proficere videmus sine experientia rationem habentibus. Causa autem est quia experientia quidem singularium est cognitio, ars vero universalium; actus autem et omnes generationes circa singularia sunt. Non enim hominem medicans sanat nisi secundum accidens, sed aut Calliam aut Socratem aut aliquem sic dictorum cui esse homini accidit. Si igitur sine experimento quis rationem habeat et universale quidem cognoscat, in hoc autem singulare ignoret, multotiens quidem in curatione peccabit; singulare namque magis curabile est. Sed tamen scire et intelligere magis arte quam experimento esse arbitramur, et artifices expertis sapientiores esse opinamur, tamquam secundum id quod est scire magis omnes sequantur sapientiam. Hoc autem est quia hii quidem causam sciunt, hii vero non. Experti quidem enim ipsum quia sciunt, sed propter quid nesciunt; hii autem propter quid et causam cognoscunt. Unde et architectores circa singula honorabiliores et magis scire putamus manu artificibus et sapientiores, quia causas eorum que fiunt sciunt; illi vero sicut quedam inanimatorum faciunt quidem, non enim scientes faciunt que faciunt, ut ignis exurit. Inanimata quidem igitur natura quadam horum unumquodque facere, manu artifices autem propter consuetudinem; tamquam non secundum practicos esse sapientiores sunt, sed secundum quod rationem habent ipsi et causas cognoscunt. Et omnino scientis signum est posse docere; et ideo artem magis experimento scientiam esse existimamus; possunt autem hii, hii vero docere non possunt. [A]mplius autem sensuum nullum sapientiam esse ponimus, cum et hii sint maxime singularium cognitiones, sed non dicunt propter quid de nullo [illegible]

Metaphysica Aristotelis

[illegible marginal and interlinear glosses]

ut ipse ignis secundum quod calidus solum sit.
Primum quidem igitur artem invenientem ultra quoscumque sensus ab hominibus mirari non solum propter inventorum inventientem ultra communes sensus ab hominibus mirari non solum propter inventorum utilitatem. sed sicut sapientem et ab aliis differentem. Pluribus autem repertis artibus. et aliis quidem ad necessaria. aliis vero ad introductionem existentibus. semper tales illis sapientiores existimandum est. propter id quod illorum scientie ad usum non sunt. Unde omnibus talibus institutis. que non ad voluptatem neque ad necessitatem scientie reperte sunt. Et primum in hiis locis ubi vacaverunt. Unde circa Egyptum mathematice primum artes constiterunt. ibi namque gens sacerdotum vacare dimissa est. Dictum est quidem in moralibus que differentia sit artis et scientie et aliorum similium generum.

Cuius autem gratia nunc sermonem facimus. hoc est. quia nominatam sapientiam circa primas causas et principia existimant omnes. Quare sicut dictum est prius. expertus quidem quorumcumque sensum habentium sapientior esse videtur. artifex autem expertis. architector autem manu artifice. speculative autem magis activis. Quod quidem igitur sapientia circa quasdam causas et principia sit scientia manifestum est.

Quoniam autem scientiam hanc querimus et has quales causas et circa qualia principia scientia sit. hoc utique erit considerandum.

Si itaque accipiat aliquis existimationes quas de sapiente habemus. forsitan ex hiis manifestius fiet. Existimamus primum sapientem omnia maxime scire ut contingit. accipimus non singularem scientiam eorum habentem. Postea difficilia eorum cognoscere potentem et non levia homini noscere. hunc dicimus sapientem. Sentire namque omnium commune est. Quare facile et non sophon.

Adhuc certiorem et magis causas doctorem sapientem esse in omni scientia. Et scientiarum autem eam que sui ipsius causa et sciendi gratia eligibilis est magis esse sapientiam quam que evenientium gratia. Et principaliorem subservientem magis esse sapientiam. Non enim ordinari sed sapientem ordinare oportet. Nec hunc ab altero. sed ab hoc minus sapientem suaderi. Tales quidem quod existimationes et tot de sapientia et sapientibus habemus. Horum autem. sed quidem omnia scire maxime universalem scientiam habenti inesse necesse est. Hic enim novit omnia aliqualiter subiecta.

Fere autem et difficillima sunt hominibus ad cognoscendum que maxime universalia. Nam a sensibilibus sunt remotissima. Scientiarum autem certissime sunt. que maxime sunt primorum. Nam que sunt ex paucioribus. certiores sunt ex additione dictis. ut arismetica geometria.

At vero et doctrina que causarum est speculativa magis. Hii namque docent qui causas de singulis dicunt.

Et noscere et scire sui gratia maxime est maxime scibilis esse. Nam qui scire propter se desiderat. ipsam maxime scientiam maxime desiderabit. Talis autem est que maxime. Maxime autem est scibilia prima et causa. Nam et propter hec et ex hiis alia dinoscuntur. sed hec non per subiecta.

Maxime vero principalis scientiarum et magis principalis subserviente. que cognoscit cuius causa sunt agenda singula. hoc autem est bonum uniuscuiusque. Totaliter autem optimum in natura omni.

Ex omnibus ergo que dicta sunt. in eandem cadit scientiam quesitum nomen. Oportet enim hanc primorum principiorum et causarum speculativam esse.

Et enim bonum et quod cuius gratia una causarum est. Quia autem non activa. palam ex primum philosophantibus. Nam propter admirari homines et nunc et primum inceperunt philosophari a principio quidem promptiora dubitabilium mirantes. deinde paulatim sic procedentes et de maioribus dubitantes. ut de lune passionibus. et de hiis que circa solem et astra. et de universi generatione. Qui vero dubitat et admiratur. ignorare videtur. Quare et philomithes philosophus aliqualiter est.

[illegible marginal glosses]

et fabulare: fabula namque ex miris constituitur.
Quare si ad ignorantiam effugiendam philosopha-
ti sunt, palam quia propter scire studere perse-
cuti sunt et non usus alicuius causa. Te-
statur autem ipsum quod accidit; nam fere
cunctis existentibus que sunt necessariorum et ad vo-
luptatem et ad productionem talis prudentia
inquiri cepit. Palam igitur quia propter nullam
ipsam querimus aliam necessitatem. Sed
ut dicimus homo liber est qui sui met et non
alterius est, sic et hec sola libera scientiarum:
sola namque et hec sui met causa est. Propter quod
et iuste non humana putatur possessio.
Multipliciter enim hominum natura serva est, quare secundum Sy-
monidem solus quidem deus hunc habet honorem,
virum vero non est dignum querere que secundum se
est scientiam. Si autem dicunt aliquid po-
ete et divinum natum est invidere, in hoc
contingere maxime verisimile et infortuna-
tos omnes superfluos esse. Sed nec divinum
invidum esse contingit, sed secundum proverbia multa mentiuntur
cantantes poete. Nec tali aliam ho-
norare oportet existimare. Nam maxime
divina et maxime honorabilis.
Talis autem dupliciter utique erit solum. Deus quam
enim deus maxime habet dea scientiarum est, et utique
si qua sit divinorum. Sola autem ista ambobus
sortita est; deus enim videtur causa omnibus
esse et principium quoddam, et talem aut so-
lus aut maxime deus habet. Necessariores
quidem igitur omnes ipsa, digniori vero nulla.
Oportet autem aliqualiter constituere
ordinem ipsius ad contrarium nobis earum que a
principio questionum. Incipiunt quidem enim, ut di-
ximus, omnes ab admirari si ita se habent, quem-
admodum automata mirum speculan-
tibus causam, sicut de solis conversione aut
dyametri non commensuratione. Mirum enim
videtur esse omnibus si quid non minimo
non mensuratur. Oportet autem in contrarium et ad dignius
secundum proverbium consummare, quemadmodum
et in hiis cum addiscunt; nichil enim ita mirabi-
tur vir geometricus quam si dyameter commensura-
bilis fiat. Que quidem igitur sit natura scien-
tie quesite dictum est, et que sit intentio quam oportet ad

epistola dictum et totam methodum.
Quoniam autem manifestum quia earum que a principio
causarum oportet sumere scientiam: tunc
enim scire unumquodque dicimus, cum primam cau-
sam cognoscere putamus. Cause ve-
ro vero quadrupliciter dicuntur, quarum
unam quidem esse causam dicimus substantiam et
quod quid erat esse. Reducitur enim ipsum propter quid
primum ad rationem ultimam; causa autem
et principium ipsum propter quid primum. Ali-
am vero materiam et subiectum. Ter-
tiam autem unde principium motus.
Quartam vero causam ei oppositam, quod est
cuius causa et bonum; finis enim ge-
nerationis et motus omnis hoc est. Suf-
ficienter quidem igitur de his speculatum est nobis in
hiis que de natura. Accipiamus tamen
et nobis priores ad entium per-
scrutationem venientes et de verita-
te philosophantes. Palam enim quia et dicunt
illi principia quedam et causas. Prevenientibus
igitur erit aliquid ad sumere presentem methodum; aut
enim aliud quoddam genus inve-
niemus aut nunc dictis magis cre-
demus. Primum igitur philosophantium plu-
res solas eas que in materie specie putave-
runt omnium esse principia. Nam ex quo sunt om-
nia entia et ex quo fiunt primo
et in quod corrumpuntur ultimo, substantia qui-
dem manente, in passionibus vero mu-
tata, hoc elementum et id principium dicunt
esse eorum que sunt. Et propter hoc nec ge-
nerari putant nec corrumpi, quasi
tali natura semper conservata, sicut
nec Socratem nec generari simpliciter
aiunt cum fit bonus aut musicus, nec
corrumpi quando deponit habitus is-
tos, propter quod subiectum manet ipse Socra-
tes; sic nec aliorum nichil. Oportet enim esse
aliquam naturam aut unam aut plures,
unde fiunt alia, conservata illa. Plurali-
tatem tamen et speciem talis principii non
idem omnes dicunt, sed Thales quidem ta-
lis princeps philosophie aquam ait esse. Unde et
terram super aquam asserebat forsan ha-

opinionem accipiens ex cunctorum nutrimentum humidum videbat esse et ipsum calidum ex hoc factum et animal hoc vivere. Ex quo vero fit hoc, est principium omnium. Propter hoc quidem eam existimationem accipiens et ex cunctorum spermata naturam, aqua vero nature principium est humidis. Sunt autem aliqui qui et antiquos et multum ante eam que nunc est generationem et primos theologizantes sic putant de natura existimasse. Oceanum et Thetim generationis parentes fecerunt, et iuramentum deorum aquam Stigem ab ipsis poetis vocatam. Honorabilius enim quod antiquius, iuramentum et honorabilissimum. Si quidem igitur antiquior aliqua ista et senior fuit de natura opinio, forsitan utique incertum. Tales quidem dicitur sic hunc modum pronuntiasse dicitur de prima causa. Quidem enim non utique quis dignificabit ponere cum hiis ipsum propter sui intellectus vilitatem. Anaximenes autem et Diogenes aerem priorem aqua et maxime principium simplicium corporum ponunt. Ypasus autem Metapontinus et Eraclitus Ephesius ignem. Empedocles vero quatuor cum dictis addens terram quartum; ea namque semper dicit permanere et non fieri nisi pluralitate et paucitate congregata et segregata in unum et ex uno. Anaxagoras autem Clazomenius, illo quidem etate prior, operibus tempore vero posterior, infinita dicit esse principia; nam fere omnia consimilium partium ut ignem aut aquam ita generari et corrumpi ait, congregatione et disgregatione solum, aliter autem nec generari nec corrumpi sed permanere sempiterna. Ex hiis quidem igitur solam aliquis causam intelliget eam que in materie specie dicitur. Procedentibus autem sic res ipsa sibi viam fecit et querere coegit. Si enim quam maxime omnis corruptio et generatio ex aliquo uno aut pluribus est, quare hoc accidit et que causa? Non enim utique facit

ipsum subiectum transmutare seipsum. Dico quod neque lignum neque es causa est transmutandi utrumque eorum; nec facit lignum lectum nec es statuam, sed aliquid aliud mutationis est causa. Hoc autem querere est aliud principium querere, ut si dicimus unde principium motus. Qui ergo omnino a principio talem viam tetigerunt et unum esse subiectum dixerunt, nil difficultatis sibimet fecerunt. Nec quidem unum unorum dicentes esse naturam totam non solum secundum generationem et corruptionem (hoc enim est antiquum et quod omnes confessi sunt), verum et secundum aliam mutationem omnem, et hoc eorum est proprium. Unum igitur solum dicentium ipsum esse nulli accidit talem causam inspicere, nisi forte Parmenidi, et huic intantum quia non solum unum, sed et duas aliqualiter ponit esse causas. Plura vero facientibus magis contingit dicere, ut ipsum calidum et frigidum aut ignem et terram; utuntur enim ut motivam habente igne, aqua vero et terra et huiusmodi econtrario. Post hos autem et talia principia, ut non sufficientibus existentium generare naturam, iterum ab ipsa veritate, velut diximus, coacti sequens quesierunt principium. Propter bene enim et optime eorum que sunt habere illa vero fieri forsitan nec ignem nec terram nec aliquid talium nec verisimile causam esse nec illos coniecisse existimare, nec ipsi iterum automato et fortune tantam committere rem bene habebat. Dicens autem aliquis intellectum esse quemadmodum in animalibus et in natura causam et mundi et ordinis totius, ut sobrius apparuit penes prius temere dicentes. Palam quidem igitur Anaxagoram scimus hos sermones tetigisse, attamen habet causam prius Hermotimus Clazomenius dicendi. Sic quidem igitur existimantes simul ipsius bene causam principium existentium esse posuerunt et talem unde motus inest existentibus.

Suspicabitur autem aliquis Hesiodum primum quesivisse tale et utique si quis alius amorem aut desiderium in existentibus ut principium posuit

esset ut Parmenides. Et enim hic construens universi generationem: primum quidem ait deorum amorem fore providentem omnium. Hesiodus vero dicit primum chaos fuisse, deinde terram latam et amorem qui omnia condecet immortalia, quasi necessarium sit existentibus esse causam que res ipsas moveat et congreget. Hos quidem quomodo oporteat distribuere de hoc quis primus sit, liceat iudicare posterius. Quoniam vero contraria bonis inesse videbantur in natura, et non solum ordinatio et bonum, sed inordinatio et turpe, et plura mala melioribus et prava bonis, sic alius quidam amorem induxit et litem singula singulorum causam existentium. Si quis enim assequatur et accipiat ad intellectum et non que balbutiens dicit Empedocles, inveniet amorem quidem causam congregatorum, litem vero malorum. Quare si quis dixit quodammodo dicere et Empedoclem primum bonum et malum principia, forsan bene dicet, siquidem bonorum omnium bonum ipsum causa est et malorum malum. Isti quidem quemadmodum dicimus et usque ad hoc duas tetigerunt causas, quas in physicis determinavimus, materiamque et unde est motus, obscure quidem et non manifeste, sed qualiter in bellis ineruditi faciunt. Et enim illi circumducti sepe bonas plagas faciunt, at nec illi ex scientia, nec isti sunt assimilati scientibus dicere que dicunt. Hiis enim fere nichil videntur uti nisi in parvum. Anaxagoras enim artificialiter ad mundi generationem utitur intellectu. Nam cum dubitat qua causa ex necessitate est, tunc attrahit ipsum intellectum, in aliis vero omnia magis causat eorum que fiunt quam intellectum. Et Empedocles quidem plus hiis utitur causis, sed tamen nec sufficienter, nec in hiis invenitur quod confessum est. Multis quidem in locis apud ipsum amor disgregat, lis autem congregat. Nam cum in elementa quidem ipsum esse a lite distrahitur, tunc ignis in unum et aliorum elementorum singula congregantur. Cum autem iterum in unum ab amore conveniunt, necesse rursum ut ex singulis particule secernantur. Empedocles quidem preter priores primus hanc divisit causam inducens,

non unum faciens motus principium sed diversa contraria. Amplius autem que in materie specie dicta elementa quatuor primus dixit; non tamen utitur quatuor sed ut duobus existentibus solum: igne quidem per se, oppositis vero quasi una natura terra et aere et aqua. Sumet autem utique eam quis speculans ex versibus. Hoc quidem igitur sic dicimus sic et tot dixit esse principia. Leucippus vero et collega eius Democritus elementa quidem plenum et inane dixit esse, dicentes hoc quidem ens, illud vero non ens, horum autem plenum quidem et solidum ens, inane vero non ens, propter quod et nichil magis ens non ente esse dicunt, quia nec inane corpore. Causas autem entium has ut materiam. Et quemadmodum qui faciunt unam substantiam et alia passionibus eius generant, rarum et spissum principia passionum ponentes, eodem modo et hii differentias causas aliorum esse dicunt. Has vero tres dicunt esse: figuram et ordinem et positionem. Differre enim aiunt ens rismo et diathigi et tropi solum. Horum autem rismos figura est, diathigi ordo, et tropi positio. Differt enim A quidem ab N figura, AN autem a NA ordine, Z autem ab N positione. De motu vero unde aut quomodo inest entibus, et hii aliis similiter negligenter dimiserunt. De duabus quidem causis ut dicimus in tantum videtur quesitum esse plus. In hiis autem et ante hos qui vocati Pitagorici mathematica tangentes primi ea produxerunt, et in eis nutriti horum principia omnium esse putaverunt. Horum autem cum numeri natura sunt primi, et in numeris videbantur multas speculari similitudines existentibus et factis magis quam in igne et aqua et terra, quia tale quidem numerorum passio iusticia, tale anima et intellectus, aliud vero tempus et aliorum ut est dicere unumquodque similiter. Amplius armoniarum autem et armonias in numeris speculantes passiones et rationes, quoniam alia quidem numeris per naturam omnem videbantur assimilata, numeri autem omnis nature primi, elementa ...

numerorum elementa entium esse existimaverunt
et totum celum armoniam esse et nu-
merum. Et quecumque habebant confessa monstra-
re et in numeris et in armoniis ad celi pas-
siones et partes et ad ornatum totum,
hec colligentes adaptabant. Et si quid a-
licubi deficiebat adnectebant, ut ipsis
totum negotium esset consequens. Dico autem pu-
ta quoniam perfectus denarius esse videtur et omnem com-
prehendere numerorum naturam, et que in celo feruntur
decem esse quidem dicunt. Non tot autem
existentibus manifestis ideo antichthona
decimam faciunt. Determinatum autem aliquibus
certius est a nobis determinatum. Sed cuius
gratia venimus, hoc est ut ac-
cipiamus de hiis que ponunt esse principia
et qualiter in dictas cadunt causas. Videntur quidem et
hii numerum putare principium esse et ut ma-
teriam existentibus et ut passiones et habitus;
numeri vero elementa par et impar, et horum hoc
quidem finitum, illud vero infinitum. Unum autem
ex hiis esse utrisque, et enim par esse et im-
par; numerum vero ex uno; numeros autem quem-
admodum dictum est totum celum.
Eorum autem alii decem dicunt esse prin-
cipia secundum coordinationem dicta: finitum et infini-
tum, par et impar, unum et plurale, dextrum et sinistrum,
masculinum et femininum, quiescens et motum,
rectum et curvum, lucem et tenebras, bonum et
malum, quadrangulare et altera parte lon-
gius; quemadmodum videtur et Alcmeon Croto-
niatis suscipere, et aut hic ab illis aut
illi ab hoc hunc sermonem acceperunt.
Etenim fuit etate Alcmeon sene existen-
te Pictagora. Hiis vero consimiliter
enuntiavit: ait enim esse duo mul-
ta humanorum, dicens contrarietates
non sicut hii determinatas, sed quaslibet,
album nigrum, dulce amarum, bonum
malum, magnum parvum. Hoc quidem indeter-
minate proiecit de ceteris; Pictagorici vero et quot
et que contrarietates enuntiaverunt. Ab
hiis quidem ambobus tantum est accipere quia contra-
ria sunt entium principia; quot vero ab a-
liis et que hec sunt. Qualiter tamen ad dic-
tas causas contingit adducere, plane quidem non est dear-
ticulatum ab illis. Videntur autem ut in
materie specie elementa ordinare; ex hiis enim ut ex-
istentibus constitui et plasmari di-
cunt substantiam. Quorum quidem elementa nature plura di-
centium ex hiis sufficiens est intellectum
speculari. Sunt autem aliqui qui de omni
quasi una existente natura enuntiaverunt,
modo vero non eodem omnes, nec ipsius be-
ne nec ipsius secundum naturam. Ad presentem
quidem perscrutationem causarum nullatenus con-
gruit de ipsis sermo. Non enim sicut physio-
logorum quidam unum ponentes ipsum ens
tamen generant quasi ex materia ex uno, sed aliud di-
cunt hii modo: illi namque motum apponunt
ipsum esse generantes, hii vero immobile di-
cunt esse. Attamen intendens est presenti spe-
culationi. Parmenides enim quidem videtur unum secundum ro-
nem tangere, Melissus vero ipsum secundum
materiam; quapropter hic quidem finitum, ille vero
infinitum id ait esse. Xenophanes
vero primus horum unum dicens (Parme-
nides enim huius dicitur discipulus)
nichil explanavit, nec de natura horum
neutra visus est dicere. Preter ens autem
non ens nichil dignatus esse, ex ne-
cessitate ens opinatus unum esse et aliud
nichil, de quo manifestius in physicis diximus.
Coactus autem apparentia sequi et unum quidem
secundum rationem, plura vero secundum sensum opinans,
esse duas causas et duo principia rursus ponit,
calidum et frigidum, ut ignem et terram di-
cens. Horum autem quod quidem secundum ens ca-
lidum ordinat, frigidum vero secundum non
ens. Ex dictis quidem et de consedentibus iam
sapientibus hec accepimus: a pri-
mis quidem principium esse corporeum, aquam
namque et ignem et similia corpora sunt,
et ab hiis quidem unum, ab illis vero plura
principia corporea, utrisque tamen hec
ut in materie specie ponentibus. Ab aliquibus
vero hanc causam ponentibus et cum hac
illam unde principium motus, et hanc
ab ipsis quidem unam, ab illis vero duas.
Quod duas usque ad Ytalicos et absque

illi Democritus dicunt alii: de ipsis autem ut dixi, autem ut diximus duabus usi sunt causis et harum alteram hii quidem unam, illi vero duas fecerunt, illam unde principium motus. Pitagorici vero duo quidem principia dixerunt secundum eundem modum, tantum autem addiderunt quod et proprium eorum est: quod finitum et infinitum non alias quasdam putaverunt esse naturas ut ignem aut terram aut aliquod aliud tale, sed infinitum ipsum et unum ipsum substantiam esse ipsorum de quibus predicantur; propter quod et numerum esse substantiam omnium. De his quidem secundum hunc enuntiaverunt modum, et de eo quod quid est dicere et diffinire. Valde autem simpliciter tractaverunt et superficialiter enim diffinierunt, et cui primo inerit dictus terminus, hoc esse substantiam rei putaverunt, et ut si quis existimet idem esse duplum et dualitatem eo quod primo inest duobus duplum. Sed forsitan duplo et dualitati non idem est esse. Si vero non, multa ipsum unum erit, quod et illis accidit. De prioribus quidem et aliis tot est accipere.

Post dictas vero philosophias Platonis venit negotium, in multis quidem hos sequens, alia vero propria praeter Italicorum philosophiam habens. Nam ex iuventute consuetus Cratilo et Eracliti opinionibus quasi sensibilibus omnibus semper defluentibus et scientia de eis non existente, hoc quidem et posterius ita suscepit. Socrate vero circa moralia negotiante et de tota natura nichil, in his tamen universale querente et de diffinitionibus primo intellectum firmante, illum suscipiens propter tale putavit quasi de aliis hoc factum et non de sensibilium aliquo; impossibile namque est communem rationem alicuius esse sensibilium semper transmutantium. Sic itaque talia quidem ydeas entium et species appellavit, sensibilia vero praeter haec et secundum haec dici omnia; nam secundum participationem esse multa univocorum speciebus. Participationem vero secundum nomen transmutavit tantum. Pitagorici quidem namque existentia dicunt esse numerorum imitatione, Plato vero participatione, nomen transmutans. Participationem vero aut imitationem que sit utique specierum dimiserunt in communi querere.

Amplius autem praeter sensibilia et species mathematica rerum intermedia dicit esse, differentia a sensibilibus quidem quia sempiterna sunt et immobilia, a speciebus autem eo quod haec quidem multa quedam similia sunt, species autem ipsum unum unaquaque solum. Quoniam autem species esse sunt causa aliis, illorum elementa omnium putaverunt existentium elementa esse. Ut materiam quidem magnum et parvum esse principia, ut autem substantiam unum; ex illis enim secundum participationem unius species esse numeros. Unum tamen substantiam et non aliquid aliud ens dici unum, consimiliter Pitagoricis dixit, et numeros esse causas aliis substantie similiter ut illi; pro infinito autem ut uno dualitatem facere et infinitum ex magno et parvo, hoc proprium. Amplius hic quidem numeros praeter sensibilia, illi vero numeros esse dicunt res ipsas, et mathematica intermedia horum vero non ponunt. Unum quidem igitur et numeros praeter res facere et non ut Pitagorici, et specierum introductio propter eam que in rationibus perscrutationem evenit (priores enim dialetica non participaverunt); dualitatem autem facere alteram naturam, quia numeros extra primos naturaliter ex ea generant velut ex quodam ectimagio. Quamvis contrarium contingit; non enim rationale ita. Nunc quidem enim ex materia multa faciunt, species vero semel generat solum. Videtur autem ex una materia una mensa, speciem autem adducens unus existens multas facit. Similiter autem et se habet masculus ad feminam; hec autem ab uno impletur coitu, masculus vero multas implet; quamvis hee imitationes principiorum illorum sunt. Plato quidem igitur de quesitis ita distinxit. Palam autem ex dictis quia duabus causis usus est sola: ea que est eius quod quid est et ea que secundum materiam; species enim eius quod quid est sunt aliis causa, speciebus vero unum. Et que materia subiecta de qua species dicuntur quidem in sensibilibus, unum autem in speciebus dicitur, quia haec dualitas, magnum et parvum. Amplius bene et male causam dedit elementis

cum figuris singularum quod magis dicimus plus
inevidentiam quidam priorum ut Empedocles et Ana-
xagoras. Breviter quidem et recapitulariter taliter
qui et quomodo de principiis et veritate dixe-
runt pertransivimus. Attamen ab eis tan-
tum habemus quod dicentium de principio et cau-
sis preter ea que sunt in phisicis a nobis
determinata nullus dixit. Sed omnes tenuit quodam mode
tur non illa tangere aliqualiter. Hii quidem enim
tamquam principium dicunt sive materiam sive plures
supponant et sive corpus et sive incorporea
ponant ut Plato quidem magnum et parvum dicens,
Ytalici quidem, dices vero infinitum. Empedocles
vero ignem et terram et aquam et aerem, Anaxagoras au-
tem similium partium infinitatem. Hii itaque
omnes talem causam sunt tangentes. Et amplius
quicumque aut aerem aut ignem aut aquam
aut igne spissius, aere vero subtilius;
et enim quidam tale primum elementum dixerunt. Hii
quidem igitur hanc causam solum tetigerunt. Alii
vero quidem unde principium motus ut quicumque
amicitiam et litem et intellectum aut amorem
principium faciunt. Quod autem quid erat
esse et substantiam plane nullus dedit. Ma-
xime autem qui species ponunt dicunt. Ne-
que enim ut materiam sensibilibus species et que in
speciebus neque ut hinc principium motus
provenientem existimant, immobilitatis
enim causas magis et eius quod est in quiete esse
dicunt. Sed quod quid erat esse aliorum singulis
species prebent, speciebus autem unum. Cuius vero
causa sunt actus et transmutationes et mo-
tus modo quodam dicunt causam, sic vero non, neque na-
tum est. Nam intellectum quidem dicentes aut
amicitiam aut bonum quidem has ponunt
causas; non tamen ut horum gratia aut ens
aut factum aliquod entium, sed ut ab his
horum esse motus dicunt. Similiter autem aut
unum aut ens dicentes esse talem natu-
ram substantie quidem causam esse dicunt, non tamen huius
causa aut esse aut fieri. Quare dicere et non di-
cere aliqualiter accidit eis bonum esse
causam; non enim simpliciter, sed secundum ac-
cidens dicunt. Quod quidem igitur recte deter-
minatum est de causis et quot et que, te-
stimonium nobis prebere videntur et hii

omnes aliam causam tangere non valen-
tes. Adhuc autem querenda sunt principia
aut sic omnia aut horum aliquo modo. Pa-
lam quomodo et unusquisque horum dixit
et quomodo habent de principiis contingen-
tes autem dubitationes possibiles pertransea-
mus de ipsis.
Quicumque quidem igitur unum esse et materiam esse quam-
dam unam ut materiam ponunt et eam cor-
poream et magnitudinem habentem palam quod mul-
tipliciter peccant. Corporum enim elementa solum ponunt incor-
poreorum vero non existentibus et incorporeis. De ge-
neratione quoque et corruptione conantes et de om-
nibus phisice tractantes motus causam auferunt.
Amplius vero substantiam nullius
ponere causam nec quod quid est; ad hec facile et quodcumque
simplicium corporum excepta terra non conside-
rantes causam que ex invicem est generationem alia-
rum faciunt: dico autem ignem, aquam, terram
et aerem. Hec quidem enim congregatione illa vero dis-
gregatione ex adinvicem fiunt. Hoc autem
ad prius et posterius plurimum differt. Secundum hoc
enim utique videbitur maxime elementale esse
omnium ex quo primo fit congregatione. Tale vero
est quod minutissimarum partium et subtilissimum cor-
porum est. Unde quicumque ponunt ignem principi-
um maxime huic dicunt. Tale vero et a-
liorum unusquisque confitetur elementum esse quod
corporum. Nullus enim posteriorum et unum
dicentium terram elementum voluit, pa-
lam quod propter magnitudinem partialitatis.
Quorumlibet autem trium elementorum iudicem quen-
dam accepit. Hii namque ignem, illi vero
aquam, alii aerem hoc esse dicunt. Sed quare non
terram dicunt quemadmodum homines multi?
Omnia namque esse terram dicunt. Dicit
autem Esiodus terram primam corporum fac-
tam esse; sic enim antiqua et popularis contigit
existimationem esse. Secundum hanc quidem rationem
nec si quis horum aliquid dicat preter ignem ne-
que si quis aere spissius sed ponit aqua
subtilius. Natura prius et quod est in digestione
et accidit posterius generatione horum utique
erit contrarium; aqua ante aerem posterior et
terra aqua. De ponentibus quidem igitur unam cau-
sam qualem diximus sit sic dictum. Idem autem

Si quis autem pauca ponit veluti empedocles quattuor dicit corpora materiam esse. Et enim huic haec quaedam eadem, illa vero propria accidere necesse est. Ad invicem enim videmus generata, quasi non semper igne et terra eodem corpore permanente. Dictum est autem de hiis in phisicis. Et de moventium causa utrum unum aut plura ponendum, non recte nec rationabiliter putandum est omnino dictum esse. Ex toto alterationem auferri necesse est sic dicentibus. Non enim ex calido frigidum nec ex frigido calidum erit. Quid enim haec pateretur contraria, et quae esset una natura quae fit ignis et aqua, quod ille non ait. Anaxagoram autem si quis suscepit elementa duo dicere suscipiat maxime secundum rationem quam ille quidem non dearticulavit, secutus est enim ex necessitate dicentes eum. Nam absurdo existente et aliter dicere permixta esse a principio omnia, et quia accidere quae ipsum intemperata pervenerunt, et quia non est aptum cuilibet permisceri quodlibet. Adhuc autem quia passiones et accidentia separantur a substantiis eorum. Eorum enim permixto et separato eam si quis assequens dearticulabit quae vult dicere forsan apparebit mirabilius dicens. Cum nihil esset discretum, palam quod nihil erat verum dicere de substantia illa, dico autem quod nec album nec nigrum aut fuscum aut alium colorem, sed non colorata erat ex necessitate. Horum enim colorum aliquem haberet. Similiter autem et sine sapore eadem hac ratione, nec aliud similium nihil. Nec enim quale aliquid possibile esse nec quantum nec quid. Aliqua enim hoc particularium dictarum specierum inesset utique ei. Hoc autem impossibile, permixtis omnibus. Iam enim discreta essent. Dicit enim permixta omnia esse praeter intellectum. Hic autem impermixtum solum et purum. Ex hiis itaque accidit ei dicere principia ipsum unum esse. Hoc enim simplex et impermixtum et alterum quale ponimus indeterminatum antequam determinetur et quadam specie participet. Aliter dicit quidem nec recte nec plane, vult tamen aliquid simile posterius dicentibus et nunc apparentibus magis verum. Hii quidem hiis quae circa

esse generationem sermonibus et corruptionibus et motum proprii sunt solum. Fere namque circa talem substantiam et principia et causas quaerunt solum. Quicumque autem de omnibus existentibus faciunt theoriam existentium autem haec quidem sensibilia, illa vero insensibilia ponunt, palam quia de utrisque generibus perscrutationem faciunt. Propter quod magis utique immorabitur aliquis de eis quid bene aut non bene dicunt ad praesentem nobis consideratorum perscrutationem. Pythagorici quidem igitur vocati principiis et elementis extraneis a philologis sunt usi. Causa vero quia acceperunt ea ex non sensibilibus. Nam mathematica existentium sine motu sunt, exceptis hiis quae sunt circa astrologiam. Disputant tamen et tractant omnia de natura. Generant enim celum et quae circa hujus partes et passiones et operationes accidentia observant et principia et causas hic dispensant quasi aliis philologis consentientes quia quod ens hoc est quodcumque sensibile est et comprehendit vocatum celum. Causas vero et principia sicut diximus dicunt sufficientia procedere usque ad ea quae sunt entium superiora et magis quam de natura rationibus convenientia. Ex quo tamen modo motus inerit finito et infinito solum suppositis et pari et impari non dicunt, aut quomodo possibile sine motu et transmutatione generationem et corruptionem esse aut eorum quae feruntur corpora circa celum. Amplius autem sive aliquis dederit eis ex hiis esse magnitudinem sive hoc ostenderit, tamen quomodo erunt haec quidem corporum levia, illa vero gravitatem habentia. Ex quibus enim supponunt et dicunt, nihil magis de mathematicis corporibus dicunt quam de sensibilibus. Unde et de igne et terra et aliis talibus corporibus nihil dicunt, sed nihil de sensibilibus existimo dicentes proprium. Amplius autem quomodo oportet accipere causas quidem esse numeri passiones et numerum eorum quae in celo sunt et fiunt et ab initio et nunc, numerum vero alium esse nullum praeter numerum hunc ex quo constituitur mundus. Nam cum in hac parte et opinio et tempus sit eis

mixto. Dentur autem dicunt quod et horum unumquodque quod nullum est. Accidit autem secundum hunc logum iam partitione esse et astrorum magnitudinum causas passiones hec secundum singula loca unumquodque in celestibus qui in celo est. Quod oportet accipere causa eorum utrumque est, aut per hunc aliquis. Plato namque aliter esse existimat. Existimat et esse quidem et ille numeros esse et horum causas, sed illos quidem intellectuales causas, hos vero sensibiles. De Pythagoricis vero quidem dimittatur ad presens; sufficit enim ipsa tetigisse tantum.

Qui vero ydeas posuerunt, primum quidem horum existentium causas querentes alia his equalia numero attulerunt, ut si quis numerare volens paucioribus quidem existentibus putet non posse, plura vero faciens numeret. Nam fere equales et non pauciores his sunt species de quibus causas querentes ab illis ad illas processerunt. Secundum unumquodque enim equivocum quoddam est et preter substantias aliorum est in multis unum et in his et in sempiternis.

Amplius autem per quos modos ostendimus quod sunt species secundum nullum videntur horum. Ex quibusdam enim non est necesse fieri syllogismum, ex quibusdam vero et non quorum putamus horum fiunt species. Nam secundum rationes eas que ex scientiis species omnium erunt quorumcumque sunt scientie, et secundum unum in multis et negationibus, et secundum intelligere autem aliquid corrupto corruptibilium; phantasma enim aliquod horum est.

Amplius autem certissime rationum hee quidem eorum que ad aliquid ydeas faciunt, quorum non dicebant esse per se genus, alie vero tertium hominem dicunt. Et totaliter auferunt que magis de speciebus rationes esse volunt dicentes esse species quam ipsas ydeas esse. Accidit enim dualitatem non esse primam sed numerum, et ad aliquid eo quod per se, et omnia quecumque quidam de speciebus opiniones sequentes opposuerunt principiis.

Amplius autem secundum existimationem quidem secundum quam dicimus et ydeas esse, non solum substantiarum sed et multorum et aliorum. Et enim intellectus unus non solum est circa substantias, sed et de aliis; et scientie non solum sunt ipsius substantie, sed et aliorum. Accidunt et quidem mille talia alia.

Secundum vero necessarium et opiniones de eis, si sunt participabiles species, substantiarum necesse ydeas solum esse. Non enim secundum accidens participantur, sed oportet hoc participare in quantum non de subiecto dicuntur. Dico autem, si quid per se duplo participat, hoc et sempiterno participat, sed secundum accidens; accidit enim duplo sempiternum esse. Quare erit substantia species. Hec vero illic et hic substantiam significant. Aut quid erit dicere esse aliquid preter hec, unum in multis? Et si eadem species idearum et participantium, erit aliquid commune. Quid enim erit magis in corruptibilibus dualitatibus et multis quidem sempiternis dualitatibus unum et idem quam in hac et aliqua? Si vero non eadem species, equivocum utique erit, et simile ut si quis vocet hominem Calliam et lignum, nullam communitatem illorum inspiciens.

Omnium autem dubitabit utique maxime quis quid conferunt species sempiternis sensibilium aut his que fiunt et corrumpuntur. Nec enim motus nec transmutationis alicuius sunt causa eis. At vero nec ad scientiam nihil auxiliantur eis que aliorum; nec enim substantia ille horum, in his namque utique essent; nec ad esse, cum non insint participantibus. Sic enim forsan causa videbuntur esse ut album permixtum albo. Sed hec ratio valde mobilis est, quam Anaxagoras prius et Eudoxus posterius et alii dicebant. Facile enim colligere multa et impossibilia ad talem opinionem.

At vero nec ex speciebus sunt alia secundum modum nullum consuetorum dicere. Dicere vero exemplaria esse et eis alia participare vaniloquium est et metaphoras dicere poeticas. Quid enim est quod agitur ad ydeas respiciens? Contingit enim et esse et fieri simile quodcumque et non assimilatum ad illud, quare et existente Socrate et non existente fiet qualis Socrates. Similiter autem palam quod et si fit Socrates sempiternus. Erunt autem plura eiusdem exemplaria, quare et species, ut hominis animal et bipes, simul autem et autohomo.

Amplius autem non solum sensibilium species exemplaria sed et ipsarum ut genus specierum quare idem erit exemplar et ymago. Amplius videbitur utique impossibile esse separatim substantiam et cuius substantia quoniam quomodo ydee substantie existentes separatim erunt. In phedrone vero sic dicitur quod et ipsum esse et fieri cause sunt species et existentibus speciebus non tamen fiunt participantia si non sit quod movet. Et multa alia fiunt ut domus et anulus quorum non dicimus esse species. Quare palam quod contingit et alia et esse et fieri propter tales causas quales et nunc dicte.

Amplius si sunt numeri species quomodo cause erunt? Utrum quia alii numeri sunt ipsa existentia ut hic quidem numerus ille vero socrates et alius callias. Quid igitur illis sunt cause? Illi vero non differunt. Si vero quia rationes numerorum et hic ut simphonia palam quia est unum aliquid quorum sunt rationes. Si itaque hec materia manifestum quia et ipsi numeri alie aliqua rationes sunt alicuius ad aliquid. Dico autem ut si est callias ratio in numeris ignis et terre et aque et aeris et antropos sive numerus quorundam existens erit et ydea numerus quorundam et non numerus et non erit aliquis propter ea numerus. Amplius ex multis numeris unus fit numerus, ex speciebus autem una species aliqualiter? Sed si nec ex ipsis sed ex numeris sicut in millenario quomodo se habent unitates? Sive non eiusdem speciei multa inconvenientia accidunt sive non eiusdem speciei nec eedem sibi invicem nec alie de omnibus. Quo namque different impassibiles existentes. Non enim rationabilia hec nec intelligibili consona. Amplius autem necesse alterum genus numeri facere quod est arithmetica et omnia que media dicuntur ab aliquibus sic existentibus sunt ex principiis aut que media erunt que hic et ipsorum erunt.

Amplius unitates que sunt in dualitate utraque est aliqua ex aliqua priore dualitate quamvis impossibile. Amplius quare unus numerus est collectus. Amplius ad dicta si sunt differentes unitates oportebit ita dicere quemadmodum et quicunque elementa quatuor aut duo dicunt. Et enim horum quilibet non commune dicit elementum ut corpus sed ignem et terram sive commune corpus sed ignem et terram ipsum sive non. Nunc autem dicitur quia uno existente quemadmodum igne aut aqua similium partium. Si vero sic non erunt substantie numeri sed palam quia si omne est unum ipsum et hoc est principium multipliciter dicitur ipsum unum. Aliter enim impossibile. Volentes autem substantias ad principium reducere longitudines quidem ponimus ex producto et brevi et ex quodam parvo et magno et planum ex lato et stricto corpus vero ex profundo et humili. Quamvis quomodo habebit aut planum lineam aut solidum lineam et planum. Aliud enim genus est latum et arctum et profundum et humile. Quemadmodum neque numerus inest eis quia multum et paucum ab hiis alterum. Palam quia nec aliud nullum superiorum inerit inferioribus. At vero nec genus profundi latum est. Esset enim planum aliquod corpus. Amplius puncta ex quo inerunt? Huic quidem generi plato oppugnabat tamquam existente geometrico dogmati sed linee principium vocabat hoc autem multotiens indivisibiles lineas posuit. Quamvis necesse aliquem harum esse terminum. Quare ex qua ratione linea est et punctum est. Omnino autem sapientia de manifestis causam inquirente hoc quidem pretermittemus. Nichil enim dicimus de causa unde principium est transmutationis. Horum vero substantiam dicere putantes esse alias substantias dicimus quomodo illas esse dicimus. Quomodo vero ille horum substantie vane dicimus. Nam participare sicut diximus prius nichil est. Neque in scientiis videmus esse causa propter quam omnis intellectus et omnis natura facit nec hanc quam modo dicimus esse unum principium non contingit species sed facta sunt mathematica presentibus

tibus philosophia dicentium aliorum gratia ea oportere tradi. Amplius autem substantiam subiectam tamquam materiam magis mathematicam quis suscipiet et magis esse praedicatum et differentiam substantie et materie, ut magnum et parvum, sicut physiologi aiunt rarum et spissum, primas subiecti dicentes differentias has. Haec namque sunt superabundantia quaedam et defectus. Et de motu, si quidem erunt haec motus, palam quia movebuntur species; si autem non, unde venit tota natura auferetur perscrutatio. Et quod videtur facile monstrare quia unum omnia, non fit. Ex positione namque non fiunt omnia unum, sed ipsum quoddam unum, si quis dat omnia; et neque hoc, si non genus dat universale esse; hoc autem in quibusdam impossibile. Nullam autem rationem habent neque que sunt post numeros longitudines latitudines solida, neque quomodo sunt aut futura sunt, nec si quam habent virtutem. Haec namque nec species possibile esse, non enim sunt numeri, nec intermedia sunt, enim illa mathematica, nec corruptibilia, sed rursus videtur quartum hoc genus aliud. Et omnino existentium quaerere elementa non dividentes multipliciter dicta impossibile est. Et aliter quaerendum hunc modum quaerentes ex quibus sunt elementis; ex quibus namque facere aut pati aut ipsum rectum non est accipere, sed si quidem substantiarum solum esse contingit. Quare omnium existentium elementa omnia aut quaerere aut putare habere non est verum. Quomodo autem quis discet omnium elementa? Palam enim quia non est possibile praeexistere cognoscentem prius. Sicut enim geometriae discentem alia quidem oportet praescire, quorum autem est scientia et de quibus debet discere non praecognoscit; et in aliis. Quare si qua est omnium scientia, ut quidam aiunt, nil utique praeexistet hoc cognoscens. Quamvis sit omnis disciplina per praecognita aut omnia aut quaedam, et que per demonstrationem et que per diffinitiones; oportet namque ex quibus est diffinitio praescire et esse nota. Similiter autem et que per inductionem. At vero et si existit connaturalis, mirum quomodo latemus habentes potissimam scientiarum. Amplius quomodo quis cognoscet ex quibus est, et quomodo erit manifestum? Nam et hoc habet dubitationem. Ambiget enim quis quemadmodum et circa quasdam syllabas; alii namque zma ex s et m et a dicunt esse, alii vero quendam alium sonum dicunt esse et cognitorum nullum. Amplius autem quorum est sensus, haec quomodo quis non habens sensum cognoscet? Quamvis si omnium sunt elementa ex quibus, quemadmodum composite voces sunt ex propriis elementis. Quod quidem igitur dictas in physicis causas quaerere videntur omnes et extra has nullam habemus dicere, palam ex prius dictis. Sed obscure hae et modo quodam omnes prius dicte sunt, quodam vero modo nullatenus. Balbutienti namque videtur prima philosophia de omnibus, utpote nova existens et principium et primo, quandoquidem Empedocles ossa dicit ratione esse; hoc autem est quod quid erat esse et substantia rei. At vero similiter necessarium et carnis et aliorum singulorum esse rationem aut nullum. Propter hoc namque et caro et os est et aliorum unumquodque, et non propter materiam quam ille dicit ignem et terram et aerem et aquam. Sed haec alio quidem dicente similiter dixisset ex necessitate, manifeste vero non dixit. De talibus quidem igitur declaratum est et prius. Quaecumque vero de his ipsis dubitabit aliquis, resumamus iterum; nam forsan ex ipsis investigabimus aliquid ad posteriores dubitationes.

De veritate theorica sic quidem difficilis est, sic vero facilis. Signum autem est neque digne ullum attingere ipsam posse, neque omnes exterrere, sed unumquemque de natura aliquid dicere. Et secundum unum quidem aut nihil aut parum ei immittere, ex omnibus autem coarticulatis fieri magnitudinem aliquam. Quare si sic videtur ut proverbialiter dicimus, in foribus quis delinquet? Secundum hoc quidem utique erit facilis. Habere autem totum et partem non posse difficultatem eius ostendit. Forsan autem et

difficultate secundum duos existentes modos non in rebus sed in nobis est eius causa. Sicut enim nicticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic et anime nostre intellectus ad ea que sunt omnium nature manifestissima. Non solum autem his dicere gratiam iustum est quorum aliquis opinionibus communicaverit, sed et his qui adhuc superficialiter enuntiaverunt. Etenim hii contulerunt aliquid; nam habitum nostrum preexercitati sunt. Nam si Thimotheus non fuisset, multam melodiam non haberemus; si autem non Phrinis, Thimotheus non fuisset. Eodem vero modo et de enuntiantibus veritate. A quibusdam vero quasdam opiniones accepimus, sed alii ut hii forent causa fuerunt. Vocari autem philosophiam veritatis scientiam recte habet; nam theorice finis est veritas, et practice opus. Etenim si quomodo se habent intendunt, non causam secundum se sed ad aliquid et nunc speculantur practici. Nescimus autem verum sine causa. Unumquodque vero maxime ipsum aliorum secundum quod et aliis inest univocatio, puta ignis calidissimus. Etenim est causa aliis caloris. Quare et verissimum quod posterioribus est causa ut sint vera. Quapropter existentium principia semper esse verissima necesse est; non enim quandoque vera, nec illis aliquid causa est essendi, sed illa aliis. Quare unumquodque sicut se habet ut sit, ita et ad veritatem.

At vero quod sit principium quoddam et non infinite esse causa existentium neque in directum neque secundum speciem, palam. Nec enim ut ex materia hoc ex hoc in infinitum progredi est possibile, velut carnem quidem ex terra, terram vero ex aere, aerem vero ex igne, et hoc non stare. Neque unde principium motus, ut hominem ab aere moveri, et hunc a sole, solem vero a lite, et huius nullum esse statum. Similiter autem neque id cuius causa in infinitum ire possibile est, iter quidem sanitatis causa, illam vero felicitatis, felicitatem vero alius, et ita semper aliud alius causa esse. Et in quod quid erat esse similiter. Mediorum namque quorum est aliquod ultimum et prius necesse esse quod prius est causam ipsorum post se. Nam si dicere nos oporteat quid trium causa est, quod primum dicimus. Non enim quod est ultimum; nullius enim quod finale est. Sed nec medium, unius enim. Nichil enim differt unum aut plura esse, nec infinita aut finita. Infinitorum vero secundum modum istum et omnino infiniti partes omnes medie sunt usque nunc. Quare si nullum est primum, totaliter causa nulla est. At vero nec in deorsum est possibile in infinitum ire, sursum habente principium, ut ex igne quidem aquam, ex hac vero terram, et ita semper aliquod aliud fieri genus. Dupliciter enim fit hoc ex hoc, non ut hoc dicitur post hoc, ut ex ysthmiis olimpia, sed ut aut ex puero mutato vir aut ex aqua ignis et aer. Ut quidem igitur ex puero fieri virum dicimus, quomodo ex eo quod fit quod factum est aut ex eo quod perficitur perfectum. Semper enim est medium, ut esse et non esse generatio, ita et quod fit habentis et non existentis. Est autem addiscens quod fit sciens, et hoc est quod dicitur quod fit ex addiscente sciens. Sed vero ut ex aere aqua, corrupto altero. Quapropter illa quidem non reflectuntur ad invicem, nec fit ex viro puer; non enim fit ex generatione quod fit, sed est post generationem. Sic enim est dies ex aurora, quia post hanc; quapropter nec aurora ex die. Altera vero reflectuntur. Utroque autem modo impossibile est in infinitum ire. Existentium enim intermediorum necesse est finem esse. Alia vero ad invicem reflectuntur; alterius enim corruptio alterius est generatio. Simul autem impossibile primum sempiternum corrumpi. Quoniam enim non est infinita generatio in sursum, necesse ex quo corrupto primo aliquid factum est non sempiternum esse. Amplius autem quod est cuius causa finis est; tale vero quod non alius causa, sed alia illius. Quare si quidem fuerit tale ultimum, non erit infinitum.

II

nihil vero tale, non erit quod cuius causa est. Sed qui infinitum faciunt latet auferentes boni naturam. Et nullus conabitur aliquid facere ad terminum non futurus venire; nec erit utique intellectus in talibus. Propter aliquid enim semper facit qui intellectum habet. Hic enim terminus est. Finis enim terminus est. Sed nec quod quid erat esse convenit reduci ad aliam diffinitionem multiplicatam ratione semper. Nam quae ante est magis est, quae vero posterior non est. Cuius autem primum non est, nec habitum est. Amplius et scire destruunt qui ita dicunt. Non enim possibile prius sciri quam ad individua pervenietur. Et cognoscere non est. Nam quae sic sunt quomodo contingit intelligere? Non enim simile huic in linea quae secundum divisiones quidem non stat. Intelligere enim non est non statuentem. Propter quod non enumerabit sectiones quae per infinitum procedunt. Sed materiam in eo quod movetur intelligere necesse est. Et infinito nulli est esse. Si autem non, non infinito est esse infinitum. Sed si infinite essent multitudine species causarum, nec ita cognoscere. Tunc enim scire putamus cum causas ipsas noverimus. Infinitum enim secundum adiectionem non est pertransire in finito.

Contingunt autem auditiones secundum consuetudines eventus. Sicut enim consuevimus sic dignamur dici, et quae praeter haec non similia videntur, sed propter inconsuetudinem minus nota et magis extranea. Nam consuetum notum. Ostendit vero quantam vim habeat quod consuetum est leges ostendunt, in quibus fabularia et puerilia magis quam valent cognoscere de eis propter consuetudinem. Alii quidem si non mathematice dicat aliquis non recipiunt dicentes. Alii si non exemplariter. Et hii testem induci dignantur poetam. Et hii omnia certe volunt, alios vero contristat certitudo aut propter impotentiam complectendi aut propter micrologiam. Habet enim aliquid quod certum est tale, ut quemadmodum in symbolis et rationibus non liberale esse quibusdam videtur. Unde oportet ipsum erudiri quomodo singula sunt recipienda. Et absurdum est simul quaerere scientiam et modum sciendi. Est autem neutrum facile accipere. Acribologiam vero mathematicam non in omnibus est expetendum, sed in non habentibus materiam. Quapropter non naturalis est modus. Omnis enim forsan natura materiam habet. Quapropter perscrutandum primum quid natura est. Sic enim et de quibus est physica manifestum erit, et si unius scientiae aut plurium causas et principia speculari.

III

Necesse est ad quaesitam scientiam nos aggredi primum de quibus dubitare oportet. Haec autem sunt quaecumque de ipsis aliter susceperunt quidam, et si quid praeter haec est omissum. Est autem investigare volentibus prae opere bene dubitare. Posterior enim investigatio solutio prius dubitatorum est. Solvere enim non est ignorantem vinculum. Sed mentis dubitatio hoc de re demonstrat. In quantum enim dubitat, intantum similiter ligatis passus est. Impossibile enim utrobique procedere ad id quod ante. Propter quod oportet difficultates speculari omnes prius, et horum causa et quia quaerentes sine dubitatione primum similes sunt ire ignorantibus. Et adhuc nec utrum quaesitum invenerit aut non cognoscit. Finis enim huic quidem non manifestus, praedubitanti vero manifestus. Amplius melius necesse habere ad iudicandum eum qui audivit velut adversariorum et dubitantium omnes rationes. Est autem dubitatio prima quidem de qua et prohemiando dubitavimus: utrum unius aut multarum scientiarum est causas speculari. Et utrum substantiae principia prima est solum scire, aut et de principiis ex quibus ostendunt omnes, ut utrum contingit unum et idem simul dicere et negare aut non, et de aliis talibus. Et si est circa substantiam, utrum una de omnibus aut plures sunt. Et si plures, utrum omnes cognatae aut earum has quidem sapientias, illas vero aliud quid dicendum sunt. Et hoc idem quaerere necessarium est, utrum sensibiles substantias solum dicendum sunt aut praeter has aliae. Et

utrum unitae sunt aut plura genera idearum ut
non facientes species et mathematica media et
sensibilia de his quae ut diximus perscru-
tandum. et utrum de substantiis solum speculatio aut et de
accidentibus que accidunt per se substantiis. Adhuc autem
et de eodem et de diverso simili et dissimili et con-
trarietate et priore et posteriore et aliis omnibus
talibus et de quibus dialectici intendunt temptare
ex probabilibus solum perscrutationem facien-
tes quorum theoria est de omnibus. Amplius
autem his eisdem quecumque per se accidunt
et non solum quid est horum unumquodque sed utrum unum
contrarium est uni. Et utrum principia et elementa ge-
nera sunt aut in que dividitur existens sin-
gulum. Et si genera utrum que dicuntur
de individuis finalia aut prima ut
utrum animal aut homo principium et
magis est praeter singulare. Maxime vero
querendum est et tractandum utrum aliquid praeter ma-
teriam causa per se aut non et hoc separabile aut
non et utrum unum aut plura numero. Et
utrum est aliquid praeter sinolon dico autem si-
nolon quando predicatur aliquid de materia aut nihil aut
horum quidem horum vero non. et qualia
talia existentium. Amplius autem utrum
principia numero aut specie determinata et in ratio-
nibus et in subiecto et utrum corruptibilium et
et incorruptibilium eadem aut diversa et
utrum incorruptibilia omnia aut
corruptibilium corruptibilia. Amplius
autem quod omnium difficillimum est et plurimam habet
dubitationem utrum unum aut ens quemadmo-
dum pictagorici et plato dicebant non
alterum aliquid est sed substantia existentium aut non
sed alterum aliquid ipsum subiectum ut empedocles amorem
dicit alius vero ignem alius aquam aut aerem.
Et utrum principia sunt universalia aut ut
singularia rerum. et potentia aut actu.
Amplius utrum aliter aut secundum motum. hec
enim dubitationem prestant magnam. Ad-
huc autem utrum numeri et longitudines
et figure et puncta substantie quedam sunt
aut non. Et si sunt utrum separate a sen-
sibilibus aut in eis. De his autem omnibus non
solum difficile veritatem ipsam inquirere
sed nec dubitare ratione facile bene.
Primum igitur de quibus in primis diximus
utrum unius aut plurium scientiarum
sunt speculanda omnia genera causarum. unius enim sci-
entie quomodo erit non contraria principia exis-
tentia cognoscere. Amplius autem multis en-
tis existentium non insunt omnia omnibus.
Quo enim modo possibile est principium esse
in immobilibus aut boni naturam siquidem omne
quod est bonum per se et propter suam naturam finis
et ita causa quia illius causa et fiunt et sunt ce-
tera. Finis autem et cuius causa actus cuiusdam est finis.
sed actus omnes cum motu. Quare in immobilibus
non contingit hoc esse principium nec esse ad
anthoagaton. Unde et in mathematicis nihil
per hanc ostenditur causam. Nec est demonstratio ulla
eo quod melius aut deterius. Sed nec omni-
no ullius talium quod melius aut deterius
aliquis meminit. Quare et sophistarum quidam
ut aristippus ipsas pronegligebat. in aliis
enim artibus et illiberalibus ut tectonica
et coriaria eo quod melius vel deterius dici
omnia mathematicas vero nullam de bonis et
malis rationem facere. At vero si scien-
tiarum sunt plures et altera alterius principii
quam earum dicendum quaeritur aut quos maxime scien-
tem rem quesitam scientes eorum habentium. Contingit enim
eidem omnes modos causarum inesse ut domus
unde quidem motus ars et edificator. cuius
vero causa opus et materia terra et lapides
ratio vero species. Ex dudum deter-
minatis quam oportet vocare scientiarum sa-
pientiam habet rationem quamlibet appellari. Nam in-
quantum senior quidem et principalissima cui veluti
servientes non contradicere scientias alias
iustum est que finis et boni talis est. huius enim
causa cetera vero sunt. Inquantum
vero causarum et maxime scibilis determinata
est. que substantie utique erit talis. multis
enim idem scientibus magis. multis enim
idem scientibus magis dicimus eum

scire aliquem novit in ipso quid res quod in non esse
et horum eorumdem causam quidem magis secundum ma-
xime enim aliquid quod est et non quantum aut quale
aut quod facere aut pati aptum natum est.
Amplius autem et in aliis scire singula et
quorum demonstrationes sunt esse putamus quando
quid sciunt quid est, ut tetragonizare quid est quia
medie inventio. Similiter autem et in aliis. Cir-
ca generationes vero et actus et circa omnem
transmutationem quando cognoscimus princi-
pium motus. Hoc autem alterum et oppositum
termini. Quare videtur alterius esse scientie
unamquamque harum speculari causarum. At vero
et de principiis demonstrativis utrum unius est scientie
aut plurium dubium. Dico autem demonstrativas communes
opiniones ex quibus demonstrant omnes, ut omne
esse necessarium aut dicere aut negare et impossibile
simul esse et non esse et quecumque alie tales propositiones, u-
trum harum una scientia et substantie aut alia et
si non est una quam oportet appellari quam nunc est
quesita. Unius quidem esse non est rationale. Quid enim ma-
gis geometrie quam cuiuslibet de hiis est proprium
obaudire. Si igitur similiter quidem cuiuslibet est, omnibus
non contingit sicut nec aliquibus, ita nec ipsas
substantias cognoscentis proprium est de ipsis cog-
noscere. Similiter autem et quomodo erit ipso-
rum scientia quid enim unumquodque horum
liter entium et nunc novimus utuntur
quidem ut notis eis artes alie. Si autem
de eis est, impossibile enim ex
aliquibus esse et circa aliquid et aliorum demonstra-
tionem. Quare accidit omnium esse genus unum
demonstrativorum. Omnes enim demonstrative
dignitatibus utuntur. At vero si alia
quidem substantie et que de hiis alia principaliorem et
priorem? Maxime enim universale et omnium principia
sunt dignitates. Et si non est philosophi, cu-
ius erit de eis speculari veritatem et
falsitatem. Totaliter quoque substantiarum utrum una
omnium est aut plures scientie? Si quidem igitur una non,
cuius substantie ponenda scientia ista. Unam vero
omnium non rationale et enim demonstrativa una de
omnibus erit utique accidentibus si quidem omnis

demonstrativa circa aliquod subiectum speculatur per se acci-
dentia ex communibus opinionibus. Circa idem
genus accidentia per se eiusdem est speculari
ex eisdem opinionibus. Nam circa quod eiusdem,
et ex quibus eiusdem, sive alius sive eiusdem.
Quare et accidentia, sive hee speculentur
aut ex hiis una. Amplius autem utrum
circa substantias solum theoria aut et circa has
accidentia. Dico autem ut si solidum quoddam substantia
est et linee et superficies, utrum eiusdem est ea cog-
noscere et accidentia circa unumquodque genus de quibus
mathematice ostendunt aut alius. Si quidem enim eius-
dem, demonstrativa quedam erit et que substantie. Non autem
videtur eius quod quid est esse demonstratio.
Si vero alius, que erit ut speculans circa substantiam acci-
dentia? Hoc enim reddere est valde difficile.
Amplius utrum sensibiles substantias solum esse dicendum aut
et preter has alias. Et utrum uniformiter aut plura ge-
nera substantiarum sunt, ut dicentes species
esse et media circa que mathematicas dicunt esse scientias.
Ratione quidem igitur dicimus species causas et substan-
tias secundum se ipsas, in primis de ipsis sermonibus dictum est.
Contingentis autem modis multis difficultatem,
nullo minus absurdum dicere quasdam esse
naturas preter eas que sunt in celo, has
autem easdem dicere sensibilibus nisi quia hee
quidem sempiterna, ille vero corrupti-
bilia. Nam per se dicunt hominem esse
et equum et sanitatem, aliud autem nihil, si-
mile facientes deos esse dicentibus, esse
humane speciei. Nec enim illi faciebant
nisi homines sempiternos nec hi species
nisi sensibiles sempiternas. Amplius
autem si quis preter species et sensibilia intermedia
ponet multas dubitationes habebit. Pala-
m enim quia similiter linee preter ipsas et sensibiles erunt
et unumquodque aliorum generum. Quare quoniam astrologia
harum una est, erit quoddam celum preter sensibile
celum et sol et luna et alia similiter celesti-
a. Et quomodo oportet credere? Nec enim immobile
rationabile esse, mobile vero omnino impossibile.
Similiter autem et de quibus perspectiva tractat

et in mathematicis armonica et hec. Necesse
esse preter sensibilia preter eadem celos. Nam si et
sensibilia intermedia et sensus palam quia
erunt alia intermedia ipsorum et corrupti-
bilium. Dubitabit autem aliquis et circa
que existentium querere oportet has scientias. Nam si
in hoc differt geometria a geodesia
solum quia hec quidem horum est que sentimus, il-
la vero non sensibilium, palam quia et preter
medicinale et alia erit scientia et preter unam-
quamque aliarum ipsam medicinale. Sed quomodo
hoc possibile? et enim salubria quedam erunt utique
preter sensibilia et ipsum sanum. Simul autem
nec hoc verum quia geodesia sensibilium est mag-
nitudinum et corruptibilium; corrumperetur enim
et ipsa corruptis. At vero nec sensi-
bilium erit magnitudinum nec circa hoc ce-
lum sed astrologia. Nec enim sensibiles linee
tales sunt quales dicit geometer. Nec
enim rectum sensibilium tale nec rotun-
dum; tangit enim regulam non secundum punctum
circulus sed ut Protagoras dixit geometras
redarguens. Nec motus nec revolutio-
nes celi similes de quibus astrologia fa-
cit sermones, nec astris puncta eandem ha-
bent naturam. Sunt autem aliqui qui di-
cunt intermedia esse ista sed species et sensibi-
lia, non tamen separata a sensibilibus sed in hiis; quibus
accidentia impossibilia omnia quidem pluris
est sermonis pertransire. Sufficit autem et talia
speculari. Non enim in hiis congruum est habere
sic solum, sed palam quia et species contingit in sen-
sibilibus esse, eiusdem enim rationis utrumque horum est.
Amplius autem duo solida necesse est in eo-
dem esse loco, et non esse immobilia in motis
existentia sensibilibus. Totaliter autem cui-
us gratia quis ponat utique esse quidem ipsa esse
autem in sensibilibus eadem enim contingent
inconvenientia eis predictis; quia predicta sunt erit
enim contingent inconvenientia aliud
preter celum non tamen extra sed in eodem
loco, quod magis est impossibile. De hiis quidem
dubitatio multa quomodo oportet ha-
bere veritatem. Et de principiis utrum
oportet genera et elementa et principia suscipere

aut magis ex quibus insunt, que unum-
quodque primis. Ut vocis principia et e-
lementa videntur esse ea ex quibus componuntur
voces omnes prime, sed non commune vox. Et
dyagrammatum ea dicimus esse elementa quorum demonstratio-
nes insunt in aliorum demonstrationibus aut omnium
aut plurimorum. Amplius autem corporum
qui dicunt esse plura elementa et qui unum,
ex quibus componuntur et constant principia esse
dicunt ut Empedocles ignem et aquam et que cum hiis
sunt elementa dicit esse sunt entia in existentibus, sed
non ut genera dicit ea eorum que sunt. Et
adhuc autem et aliorum naturam
si quis vult speculari, ut lectum ex qui-
bus partibus est compositus tunc cog-
noscet enim eius naturam. Ex quibus
dictis quidem rationibus non utique erunt principia
genera existentium; si autem singula enim unum-
quodque per diffinitiones, principia autem ipsarum dif-
finitionum sunt ipsa genera, necesse est et diffinito-
rum principia esse genera. Et si est
eorum que sunt accipere scientiam quas dicuntur
entia speciorum autem principia genera
existentium esse. Videntur autem quidam
dicentium elementa existentium unum aut ens
aut magnum aut parvum ut generibus
eis uti. At vero nec utrobique possibile di-
cere principia. Ratio namque substantie una; di-
versa vero erit per genera diffinitio
et que dicit ex quibus est in existentibus. Adhuc
autem si quidem maxime principia genera sunt, utrum
oportet existimare prima generum sunt que
oportet existimare prima generum principia
aut ultima predicata de individuis? et
enim hoc habet dubitationem. Nam si quidem uni-
versalia sunt magis principia, palam
quia suprema generum; sed hec dicuntur
de omnibus. Tot igitur erunt existentium principia
quot genera prima, quare erunt ens et unum
principia et substantie. Sed namque de omnibus maxime
dicuntur existentibus. Non est autem possibile quod
existentium esse unum genus neque ens. Nam necesse
differentias cuiusque generis esse et unam esse quamlibet. Impossibile
autem predicari aut species generis de propriis
differentiis aut genus sine suis speciebus. Quare

si unum quid aut ens, nulla differentia neque unum nec ens erit. At vero si non genera, nec principia erunt, si principia genera. Amplius autem intermedia coaccepta cum differentiis erunt genera usque ad individua; nunc autem quaedam videntur, alia vero non videntur. Adhuc et adhuc magis differentiae principia quam genera; si autem et haec principia, infinita ut sic dicam erunt principia, aliterque et si quis primum quid principium ponit. At vero et si magis principii speciem habens est unum, unum autem indivisibile, indivisibile autem omne aut secundum quantitatem aut secundum speciem, prius autem quod secundum speciem, genera vero divisibilia in species, magis utique unum ultimum erit praedicatum; non enim est genus homo aliquorum hominum. Amplius in quibus est prius et posterius non est possibile in his aliquid esse praeter haec; ut si prima numerorum est dualitas, non erit numerus aliquis praeter species numerorum. Similiter autem nec figura aliqua praeter species figurarum. Si autem non horum, scilicet aliorum erunt genera praeter species; horum enim maxime genera esse videntur. In individuis vero non est hoc prius et illud posterius. Amplius autem ubi hoc quidem melius, illud vero deterius, semper quod est melius prius; quare nec horum erit utique genus. Ex his quidem igitur magis videntur quae de individuis sunt praedicata esse principia generum. Iterum autem quomodo oportet haec existimare principia non facile dicere. Principium enim et causam oportet esse praeter res quarum principium est, et posse ab eis separatum esse; tale vero aliquid praeter singularia esse, quare utique aliquis suscipiet nisi quia universaliter et de omnibus praedicatur. At vero si propter hoc, magis universalia magis ponenda sunt principia, quare principia prima erunt genera.

Est autem habita de his dubitatio et omnium difficillima et ad considerandum maxime necessaria, de qua nunc existit sermo. Si namque non est aliquid praeter singularia, singularia vero infinita, quomodo contingit accipere scientiam? Nam in quantum unum aliquid et idem et in quantum universale aliquid est, ita tantum omnia cognoscimus. At vero si hoc est necesse et quidem aliquid esse praeter singularia, aut ultima aut prima, hoc autem quod impossibile nunc dubitavimus. Amplius et si quam maxime est aliquid praeter synolon, quando praedicatur aliquid de materia, utrum si est aliquid praeter omnia oportet aliquid esse, aut praeter quaedam esse et praeter quaedam non esse, aut praeter nullum. Si ergo quidem nihil est praeter singularia, nihil utique erit intellectuale, sed omnia sensibilia, et nullius scientia, nisi quis dicat sensum esse scientiam. Amplius autem nec sempiternum est aliquid nec immobile; nam sensibilia omnia corrumpuntur et in motu sunt. At vero si sempiternum nihil est, nec generationem esse possibile est. Necesse est enim aliquid esse quod fit et ex quo fit, et horum ultimum ingenitum, si statur et ex non ente generari est impossibile. Amplius autem generatione existente et motu necesse est finem esse. Motus enim nullus est infinitus, sed omnis est finis. Non possibile est generari quod impossibile factum esse. Quod autem generatum est, esse necesse quando primum factum est. Amplius autem quare si materia est quia ingenita, multo rationabilius est esse substantiam, quando illa fit esse. Nam si nec haec erit nec illa, nihil erit omnino. Sed si hoc est impossibile, necesse est aliquid esse praeter synolon, formam et speciem. Sed si iterum quis ponat, dubitatio in quibus hoc ponet et in quibus non. Nam quod in omnibus non sit possibile manifestum; non enim utique ponemus domum aliquam praeter domos aliquas. Adhuc autem utrum substantia una erit omnium, ut hominum? Sed inconveniens: unum enim omnia quorum substantia una. Sed multa et differentia? Sed et hoc irrationabile. Simul autem et quomodo fit materia horum singulum et est synolon ambo haec? Amplius autem et de principiis sic dubitabit aliquis. Nam si specie sunt unum, nihil erit numero unum, nec ipsum unum et ens. Et scire quomodo erit, si non aliquid unum erit in omnibus? At vero si numero unum et unumquodque principiorum, et non ut in sensibilibus alia aliorum, ut in hac sillaba specie eadem existente et principia specie eadem; et enim haec sunt numero diversa. Si autem non ita, sed quae sunt existentium numero

sunt unum non erit preter ea nichil aliud. nam
unus unum aut singulare dicere nichil differt.
sic enim dicimus singulare unus unum unum vero que
in omnibus. sicut quod si que vocis unum unus
esset, littera ea determinata tot quot littere
esse. necesse et amplius ea non existentibus quibus du
abus easdem nec pluribus. Quod nunc autem
dubitatur modernis et prioribus relinquitur utrum
eadem corruptibilium et incorruptibilium
sunt principia aut diversa. Nam si eadem sunt
quomodo hec quidem incorruptibilia et propter quam causam.
Qui quidem igitur circa hesiodum et omnes quicumque theo
theologi solum ad ipsos persuasionem cu
rauerunt nos autem neglexerunt. deos enim
facientes principia et ex diis esse facta que
non gustauerunt nectar et manna mortalia
facta esse dicunt. palam quia hec nomina
sibi nota dicentes. et de ipsa causarum illatione
supra nos dixerunt. nam si gratia vo
luptatis ipsi tangunt. non sunt causa existendi nec
tar et manna. si vero existendi. quomodo
erunt sempiterni cibo egentes. Sed de
fabulose sophisticantibus non est dignum cum
studio intendere. Ab dicentibus vero per demonstra-
tionem sciscitari interrogantes quare ex eisdem exi
stentia hec quidem sempiterna secundum naturam
sunt. illa vero corrumpuntur existentium.
Cum autem nec causam dicunt nec rationabile sic
se habere. palam quia nec eadem principia nec cause ipsorum
erunt. Et enim quem existimabit utique aliquis
maxime dicere ipsi consequenter empedocles est.
et hic idem passus est. ponit enim principium quod
dam causam corruptionis odium. videbitur
autem nichil minus et hoc generare ex uno. nam
omnia ex hoc alia sunt preter deum. dicit quod ex
quibus omnia et quecumque erant et quecumque e
runt et arbores pullulauerunt et viri
et femine bestieque et vultures et aqua
nutriti pisces et dii longeui. Et praeter
hec palam quia si non esset in rebus es
sent unum omnia ut ait. nam quando co
uenerunt tunc ultimum stabat odium.
Unde quia et accidit ipsi felicissimum de
um minus prudentem esse aliis. non enim

cognoscit ea omnia. nam odium non habet.
Noticia vero similis simili. terra nam ait per
terram cognoscimus et per aquam aquam. et
per amorem affectum et adhuc odium per odi
um difficile. Sed unde ratio hec est palam
quia accidit ei odium non magis corruptionis
quam existendi causam. similiter autem nec amor. congregan
di colligens enim ni unum corrumpit ali
a. Simul autem ipsius transmutationis nullam
causam dicit nisi quia sic aptum natum fuit ali
quas iterum et per gyrum odium in membris odium
victum est et ad honorem intendebat per
fecto tempore qui mutatus dissoluit sacra
mentum. ostendit necesse ens transmutari cau
sam vero necessitatis nullam dicit. Attamen tantum
solus dicit consequenter. non enim existentium hec quidem cor
ruptibilia illa vero incorruptibilia fa
cit illa vero incorruptibilia facit. sed o
mnia corruptibilia preter elementa. Dicta vero ne
dubitatio. cur hec quidem illa vero non. si ex
eisdem sunt. Quod quidem igitur non utique erunt
eadem principia tot dicta sunt. Si vero diversa prin
cipia quidem dubitationem utrum et incorruptibilia hec
erunt aut corruptibilia. nam si incor
ruptibilia utique necesse et ea ex illis
esse. omnia enim corrumpuntur in ea ex quibus
sunt. ostendit quod principiis alia esse principia prio
ra. hoc autem et impossibile sive stet sive in
in infinitum vadet. Amplius autem
quomodo erunt ipsa corruptibilia si destru
entur principia. Si vero incorruptibilia cur
ex hiis incorruptibilibus existentibus corruptibilia
erunt ex diversis vero incorruptibi
lia. hoc enim non rationabile est. si autem impossibile
aut multa ratione eget. Amplius autem
nec conatus est quis diversa dicere sed
eadem omnium dicunt esse principia verum primum
dubitatum arodunt tamquam hoc quid par
uum accipientes. Omnium autem ad con
siderandum difficillimum et ad cognoscendum ve
ritatem maxime necessarium utrum unum et ens
substantie existentium sunt et utrum ipsum non al
terum quid ens hoc quidem unum hoc autem
ens est. aut oportet querere quid est ipsum ens et

unum quasi subiecta aliqua natura. Hii namque illo modo, illi illo modo putant naturam se habere. Plato namque et pictagorici non aliquid aliud ens nec unum sed hoc ipsorum naturam esse, quasi existente substantia ipsum unum esse et ens aliquid. Alii vero de natura, ut Empedocles ut ad notius reducens, quid unum est videbitur. Videtur enim utique dicere hoc amorem esse causam namque est hic unum omnibus esse. Alii vero ignem, alii aerem dicunt esse unum hoc et ens ex quo entia esse et facta esse. Similiter et qui plura ponunt elementa. Necesse namque et tantas dicere ens et unum quanta principia dicunt esse. Accidit autem si quis non ponit esse quandam substantiam unum et ens nec aliorum esse universalium nullum. Hec namque universalia sunt maxime omnium. Si vero non est aliquid unum ipsum nec ipsum ens, vix aliorum aliquid erit preter ea que dicta sunt singularia. Amplius autem non existente unum substantiam, palam quod nec numerus erit quasi natura alia ab existentibus separata. Numerus namque unitates, unitas vero quod vere unum aliquid est. Si autem aliquid est ipsum unum et ens, necesse est substantiam ipsorum esse unum ipsum et ens. Non enim aliud aliquid universaliter predicatur, sed hec ipsa. At vero si erit aliquid ens ipsum et ipsum unum, multa erit dubitatio quomodo erit diversum aliquid preter hec. Dico autem quomodo erunt plura uno entia. Quod enim diversum est ab ente non est. Quare secundum Parmenidis rationem accidere est necesse unum omnia esse entia et hoc esse ens. Utrobique vero difficile. Sive namque non sit unum substantia sive sit ipsum unum substantiam esse numerum est impossibile. Si quidem igitur non sit, dictum est prius propter quid. Si autem sit, est eadem dubitatio et de ente. Ex aliquo namque et preter ens erit ipsum aliud unum. Necesse namque esse non ens. Omnia autem entia aut unum aut multa quorum unumquodque unum. Amplius si indivisibile est ipsum unum, secundum Zenonis dignitatem nichil utique erit. Quod enim nec additum nec ablatum facit maius neque minus, non ait esse hoc existentium tamquam palam quod existente magnitudine ipso ente, et si magnitudo corporale. Hoc enim omnino ens. Alia vero aliqualiter quidem addita facient maius, aliqualiter autem nichil, ut superficies et linea. Punctum vero et unitas nullatenus. Sed quoniam hic speculatur ponderose et non contingit esse indivisibile ut et sic ad illum aliqualiter habetur responsio. Maius enim non faciet sed plus additum tale. Sed quomodo ex uno tali aut pluribus erit magnitudo simile namque et lineam ex punctis esse dicere. At vero et si aliquis ita putat ut factus sit ut quidam dicunt ex uno ipso et altero non uno aliquo numerus, nichil minus querendum quare et quomodo quandoque quidem numerus quandoque autem magnitudo erit quod factum est, si non unum inequalitas et eadem natura erat. Nec enim quomodo ex uno et hac nec quomodo ex numero aliquo et hac fient utique magnitudines palam.

His autem habita dubitatio utrum numeri et corpora et superficies et linee et puncta substantie sunt aliquae an non. Nam si non sunt, diffugit quid ipsum ens et quid substantie entium. Passiones enim et motus et ad aliquid et dispositiones et orationes nullius videntur substantiam significare. Dicuntur enim omnia de subiecto aliquo et nullum hoc aliquid. Que vero maxime substantiam significare videntur aqua et ignis et terra ex quibus composita constant corpora, horum calores quidem et frigiditates et similes passiones non sunt substantie. Corpus vero quod hec patitur solum remanet ut ens aliquid et substantia aliqua existens. At vero corpus est minus substantia superficie, et hec linea, et hec unitate et puncto. His enim diffinitur corpus, et hec quidem sine corpore contingere videntur, corpus vero sine his impossibile. Propter quod multi quidem et priores substantiam et ens putabant corpus esse, alia vero huius passiones, quare et principia corporum entium esse principia. Posteriores vero et sapientiores visis esse existimabantur numeros quemadmodum quod dicebamus. Si igitur non sunt hec substantie, omnino nulla substantia nec ens nullum. Non enim horum accidentia dignum est vocare entia. At vero si hec quidem confessum est quod magis sunt substantia longitudines corporum et puncta, hec autem non videmus qualium utique erunt corpora

tium. nam in sensibilibus mixtorum esse non utique erit illa nulla. Amplius si omnia videntur divisiones esse corporis, hoc quidem ad latitudinem, hoc vero ad profunditatem, quaedam ad longitudinem. Adhuc autem similiter necesse sursum quamcumque figuram. quare si nec in lapide Mercurius, nec medietas cubi in cubo sicut segregata, nec superficies. Nam si quaelibet et istarum, et erat determinans medietatem. Eadem autem ratio et in linea et in puncto et in unitate. Quare si maxime quidem substantia est corpus, hoc autem magis his, non sunt autem hae nec substantiae aliquae, diffugit quid ipsum ens et quae substantia entium. Nam cum dictis et circa generationem et corruptionem accidunt irrationabilia. Videtur enim substantia non ens prius nunc esse aut prius ens posterius non, quod fit et corrumpitur hoc pati. Puncta vero et lineas et superficies non contingit neque fieri neque corrumpi quandoque quidem existentes quandoque vero non existentes. Nam quando copulantur aut dividuntur corpora simul quandoque quidem una copulatorum, quandoque vero divisorum fiunt duae. Quare non composita existit, sed corrupta est, et divisorum existunt prius non existentes. Non enim indivisibile punctum divisum est in duo. Et si generantur et corrumpuntur, ex quo generantur? Similiter autem se habet et de nunc in tempore. Non enim hoc contingit fieri et corrumpi, attamen quod videtur semper esse non substantia existens. Similiter autem palam quia se habet et circa puncta et lineas et superficies. eadem enim ratio. nam omnia similiter aut termini aut divisiones sunt.

[O]mnino vero dubitabit aliquis quare oportet quaerere alia quaedam praeter sensibilia et intermedia, ut quas ponimus species. Nam si ideo quia mathematica a praesentibus in aliquo quidem differunt, in esse vero plura similia specie esse nil differre. Quare non erunt ipsorum principia numero determinata, quemadmodum nec praesentium litterarum numero quidem omnium sunt principia determinata sed specie. Si vero lateat aliquis huius syllabae aut huius vocis, harum enim erunt et numero determinata. Similiter autem et in intermediis infinita namque et illic quae eiusdem speciei. Quare si non sunt praeter sensibilia et mathematica alia quaedam qualia dicunt species quidam, non erit una numero et specie substantia, nec principia entium erunt numero aliqua sed specie. Quod si hoc est necessarium, et species necessarium propter hoc esse ponere. Nam et si non bene dearticulant dicentes, sed hoc est quod volunt, et haec ipsos necesse dicere quia specierum substantia quaedam unaquaeque et nulla per accidens. At vero si ponimus species esse et unum numero principium et non specie, dicimus quae contingere necesse est impossibilia. His autem affinitate est quaerere utrum potestate sunt elementa aut aliquo alio modo. Nam si aliter aliquo, prius aliquid erit principiis. Prior enim potestas est illa causa, possibile autem non necessarium illo modo esse se habere. At vero si potestate sunt elementa, contingit entium esse nihil. Nam possibile est esse et quod non est ens. Fit enim non ens, nihil autem impossibilium esse.

[H]as vero dubitationes necessarium est dubitare de principiis et utrum universalia sunt aut ut dicimus singularia. Nam si universalia, non erunt substantiae. Nihil enim communium hoc aliquid significat sed tale, substantia vero hoc aliquid est. Et si est hoc aliquid et ponitur quod communiter praedicatur, multa erunt animalia Socrates, ipse et homo et animal, si significat singulum hoc aliquid et unum. Quare si universalia sunt principia, haec contingunt. Si autem non universalia sed quasi singularia, non erunt scibilia; universaliter enim sunt omnium scientiae. Quare erunt principia diversa priora principiis universaliter praedicata, si futura est eorum scientia.

[E]st scientia quaedam quae speculatur ens in quantum est ens et quae huic insunt secundum se. Haec autem nulli est in parte dictarum eadem. Aliarum enim nulla intendit universaliter de ente in quantum est ens, verum partem eius abscindentes quandam circa hanc speculantur accidens, velut scientiarum mathematicae. Quoniam autem principia et extremas causas quaerimus, palam quia naturae cuiusdam ipsas secundum se esse necesse est. Si igitur et entium elementa quaerentes has quaerebant, necesse est entis elementa esse non secundum accidens sed in quantum entia. Unde et nobis entis in quantum est ens primae causae sunt accipiendae.

Ens autem multis quidem dicitur modis, sed ad unum et unam aliquam naturam et non equivoce, sed quemadmodum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem in conservatione, aliud vero in actione, aliud quia signum sanitatis, hoc autem quia illius susceptivum; et medicinale ad medicinam, hoc quidem habendo medicinam dicitur medicinale, illud vero in existendo bene natum ad ipsam, aliud quia actus medicine. Similiter autem et talia sumemus hiis dicta. Ita vero et ens multipliciter quidem dicitur, sed omne ad unum principium. Hec enim quia substantie entia dicuntur, illa vero quia passiones substantie, alia quia via ad illam aut corruptiones aut privationes aut qualitates aut effectiva aut generativa substantie aut ad illam dictorum, aut horum alicuius negationes aut substantie. Quapropter et non ens esse non ens dicimus. Quemadmodum igitur et salubrium omnium una est scientia, sic et in aliis. Non enim solum eorum que secundum unum dicuntur unius est scientie speculari, sed et dictorum ad unam naturam; et enim hec modo quodam dicuntur secundum unum. Palam igitur quia et entia unius est speculari inquantum entia. Ubique vero proprie primi est scientia, et ex quo alia dependent et propter quod dicuntur. Si igitur hoc est substantia, substantiarum oportet principia et causas habere philosophum. Omnis autem generis et sensus unius unus et una scientia, ut grammatica una ens et omnes speculatur voces. Quapropter et entis inquantum ens quascumque species speculari unius est scientie genere, et species specierum. Si igitur ens et unum idem et una natura, eo quod se adinvicem consequuntur sicut principium et causa, sed non ut una ratione ostensa (differt autem nec si similiter suscipiamus, sed pre opere magis): idem enim unus homo et homo, et est homo et homo, et non diversum aliquid ostendit secundum dictionem repetitum, est homo et homo et unus homo. Palam autem quia non separatur nec in generatione nec in corruptione. Similiter autem et in uno. Quare palam quia additio in hiis idem ostendit, et non aliud unum preter ens. Amplius autem cuiusque substantia unum est non secundum accidens. Similiter et quod quidem ens aliquid. Quare quotcumque unius sunt species, tot et entis, de quibus quid est eiusdem scientie genere speculari. Dico autem ut de eodem et simili et aliis talibus. Fere autem omnia reducuntur contraria in principium hoc. Speculata sunt autem a nobis et in ecloga contrariorum. Et tot partes sunt philosophie quot substantie. Quare necesse esse aliquam primam et habitam ipsarum. Existunt enim statim genera habentia ens et unum. Quapropter et scientie sequuntur hec. Est enim philosophus ut mathematicus dictus; et enim hec partes habet, et prima et secunda est scientia et alie consequenter in mathematicis. Quoniam autem unius est opposita speculari, uni autem opponitur pluralitas, negationem vero et privationem unius est speculari propter utrumque modo speculari unum, cuius negatio aut privatio aut simpliciter dicta quia non inest illi aut alicui generi. Sed adest igitur uni differentia preter quod in negatione; illius enim absentia negatio est, in privatione vero et subiecta quedam fit natura de qua dicitur privatio. Uni autem pluralitas opponitur. Quare et opposita dictis, diversum et dissimile et inequale et alia quecumque dicuntur aut secundum hec aut secundum pluralitatem et unum, cognoscere predicte est scientie. Quorum unum et contrarietas est; contrarietas enim differentia quedam, differentia autem diversitas. Quare quoniam unum multipliciter dicitur, et hec multipliciter quidem dicentur, attamen unius omnia cognoscere est. Non enim si multipliciter alterius, sed si nec secundum unum nec ad unum rationes referuntur, alterius est. Quoniam vero omnia ad primum referuntur, ut quecumque unum dicuntur ad primum unum, sic dicendum est et de eodem et de diverso et contrariis se habere. Quare dividentes quotiens dicitur singulum, sic reddendum est ad primum in singulis predicamentis quemadmodum ad illud. Illa vero in faciendo, alia vero secundum alios dicuntur tales modos. Palam igitur quod in dubitationibus dictum est, quia unius est de hiis et de substantia sermonem facere; hoc autem erat unum eorum que in dubitationibus. Et est philosophi de omnibus posse speculari. Nam si non philosophi, quis erit qui intelliget si idem Socrates et Socrates sedens, aut si unum contrarium uni, aut quid est contrarium aut quotiens dicitur? Similiter autem et de aliis talibus. Quoniam igitur unius inquantum unum et entis inquantum est ens, eedem per se passiones sunt, sed

nis inquantum numeri aut unius et entis propria, palam quia illius scientie sunt et cognoscere et accidentia ipsis. Et sic non peccant qui de ipsis intendebant ut non philosophantes, sed quia prius est substantia de qua nichil audiunt. Quoniam autem sicut sunt et numeri inquantum numeri passiones proprie, ut imparitas et paritas, commensuratio et equalitas, excedentia et defectio, et hec et secundum se et ad invicem insunt numeris. Sunt autem et solido et immobili et mobili et levi et gravi alie proprie, sic et enti inquantum ens sunt quedam propria, et hec sunt de quibus philosophi est perscrutari veritatem. Signum autem est: dyalectici namque et sophiste eandem quidem induunt figuram philosopho. Nam sophistica apparens solum sophia est, et dyalectici de omnibus disputant, commune autem omnibus ens est; disputant autem de his palam quia ex eo quod philosophie sunt ipsa propria. Circa idem enim genus versatur dyalectica et sophistica cum philosophia, sed differt ab hac quidem modo potestatis, ab illa vero vite electione. Est autem dyalectica temptativa de quibus philosophia cognoscitiva, sophistica vero apparens, existens vero non. Amplius contrariorum vero altera coelementatio privatio est, et omnia referuntur ad ens et non ens, et unum et pluralitatem, ut status unius et motus pluralitatis. Entia vero et substantiam confitentur ex contrariis fere omnes componi; omnes namque principia contraria dicunt: hii quidem namque par et impar, illi vero calidum et frigidum, alii finitum et infinitum, alii amorem et odium. Omnia vero et alia videntur reducta ad unum et pluralitatem. Sumatur enim reductio a nobis. Principia vero et omnia que ab aliis ut in genera hec cadunt. Palam ergo ex his quia unius est scientie ens inquantum ens speculari. Omnia namque aut contraria aut ex contrariis, principia vero contrariorum unum et pluralitas. Hec autem unius scientie sunt, sive unum secundum unum dicuntur sive non, ut forsan habet veritas. Attamen et si multipliciter dicitur unum, ad primum alia dicentur et contraria similiter. Et propter hoc et si non est ens aut unum universale et idem in omnibus aut separabile, ut forsan non est, sed hec quidem ad unum, illa vero eo quod consequenter. Et propter hoc non est geometre speculari quid contrarium aut perfectum aut unum aut ens aut idem aut diversum nisi ex suppositione. Quod quidem igitur unius est scientie ens inquantum ens speculari et que insunt ei inquantum ens palam, et quia non solum substantiarum sed et eorum que insunt eadem est theorica, et de dictis et de priore et posteriore et genere et specie et toto et parte et aliis talibus. Dicendum autem utrum unius aut alterius scientie de dignitatibus mathematicis et de substantia. Palam autem quia unius et eius que philosophi est de his perscrutatio. Omnibus enim insunt existentibus, sed non generi alicui seorsum separatim ab aliis. Et utuntur omnes quia entis sunt inquantum ens, unumquodque autem genus ens. In tantum vero utuntur in quantum eis sufficiens est, hoc autem est quantum continet genus de quo ferunt demonstrationes. Quare quoniam palam quia inquantum entia sunt omnibus insunt, hoc enim eis commune, de ente inquantum ens cognoscentis et de his est speculatio. Propter quod nullus particulariter intendentium innititur dicere de eis aliquid, si vera aut non, nec geometra nec arismeticus, sed phisicorum quidam, hoc facientes consequenter; soli namque putantur de tota natura intendere et de ente. Sed quoniam est adhuc phisico aliquis superior, unum enim aliquod genus entis natura, universalis et circa primam substantiam theorizantis et de his erit perscrutatio. Est autem sophia quedam phisica, sed non prima. Quecumque vero conantur dicentium aliqui de veritate quomodo oportet recipere, propter ignorantiam analeticorum hoc faciunt. Oportet enim de his prescientes venire, sed non audientes querere. Quod quidem igitur philosophi et de omni substantia speculantis, inquantum nata est, et de sillogisticis principiis est perscrutari, palam. Congruit autem maxime cog

noscentem esse unumquodque genus habere dicere
firmissima rei principia. Quare et de entibus
inquantum sunt entia omnium firmissima et au-
tem hic philosophus ipse. Firmissimum quoque omnium prin-
cipium est esse quod mentiri impossibile est. Notis-
simum enim esse tale est necesse. nam circa
que ignorantur decipiuntur omnes. Et non
conditionale. quod enim necesse habere quodcumque entium
intelligentem. hoc vero non condicio. quod autem
cognoscere est necesse quodcumque cognoscentem et ve-
nire habentem est necesse. Quare quidem quod tale
principium omnium firmissimum palam. Quod autem
sit illud post hoc dicamus. Idem enim simul esse
et non esse eidem et secundum idem est impossibile. et quecumque
alia determinaremus utique. sicut determina-
ta sunt ad logicas difficultates. Hoc
quoque omnium firmissimum est principium. habens
dictam determinationem. impossibile namque
quemcumque idem existimare esse et non esse. quemad-
modum quidam putant dicere Heracli-
tum. Non enim necesse quod aliquis dicit hec existimare. Si
vero non contingit simul inesse eidem contraria
ad determinata sunt nobis et huic
propositioni consueta. contraria vero opi-
nio opinioni que contradictionis. palam
quod impossibile simul existimare eundem esse
et non esse idem. simul enim haberet contrarias op-
piniones qui de hoc mentitur. Quapropter
omnes demonstrantes in hanc reducunt
ultimam opinionem. natura namque princi-
pium et aliarum dignitatum hoc omnium. Sunt
autem quidam qui ut diximus contingere
dicebant idem esse et non esse existimare ita.
utuntur autem ratione hac multi eorum
qui de natura. Nos autem accepimus
quod impossibile existente simul esse et non esse et per
hoc ostendimus quod firmissimum id principiorum
omnium est. Volunt autem et hoc demonstrare
quidam propter ineruditionem. est enim ineruditio
non cognoscere quorum oportet querere demonstrationem et
quorum non oportet. Totaliter quidem enim omnium esse
demonstrationem est impossibile. nam in infinitum
procederet ut nec ita foret demonstratio.
Si vero quorundam non oportet demonstrationem querere

quod volunt magis esse tale principium
non habent dicere. Est autem demo-
strare elenchice et de hoc quod impossibile.
si solum aliquid dicat qui dubitat. Si vero
nichil derisio est querere rationem ad nullam
habentem rationem inquantum non habet rationem. similis enim plan-
te talis inquantum talis iam est. Elenchi-
ce autem dico demonstrare utique. ut de-
bitur petere differre. et demonstrare quod
demonstrans quidem quod in principio. sed nec ta-
li existente elenchus utique erit et non
demonstratio. Principium vero ad omnia
talia non velle aut aliquid dicere aut non
esse. hoc enim forsan utique opinabitur quis
quod a principio petere. sed significare aliquid
et sibi et alii. hoc enim est necesse si aliquid dicat.
si enim non, quidem tali utique non erit sermo nec
ipsius ad se ipsum nec ad alium. si quis
autem hoc dederit, erit demonstratio. iam enim erit
aliquid distinctum. Sed causa non demonstrans
sed sustinens. interimens enim rationem sustinet
rationem. Primum quidem igitur manifestum quod hoc idem ve-
rum quod significat nomen esse aut non esse
quare non utique omne sic et non sic se ha-
bebit. Amplius si homo significat unum sit
hoc animal bipes. dico autem unum significare
hoc. si hoc est homo. si sit aliquid homo hoc
hoc erit homini esse. nichil autem differt nec
si plura quis dicat significare. solum
que diffinita. ponetur enim utique in unaquaque ratione
alterum nomen. dico autem ut si non dicat
hominem unum significare sed multa quorum u-
nius quidem una ratio animal bipes. sunt
autem et alie plures sed diffinite numero.
ponetur enim utique secundum unamquamque nomen proprium
quamque rationem. Si autem non ponatur sed infinita
significare dicat. palam quod non utique erit
ratio. nam non unum significare nec significare est.
Non significantibus autem nominibus aufer-
tur ad invicem disputare. secundum veritatem
autem et ad se ipsum. nichil enim contin-
git intelligere non intelligentem unum.
si autem contingit ponetur huic rei nomen
unum. Sit itaque sicut a principio dic-

tum; significat enim nomine et significans nomine unum.
Non itaque quod homini esse significet quod quidem
non esse homini, si homo significet non solum de u-
no sed et unum: non enim hoc dignificamus u-
num significare quod de uno. quia sic utique musicum
et album et homo unum significarent. quare unum omnia
erunt. synonima namque. Et non erunt
esse et non esse idem nisi secundum equivocationem. ut si
quem nos hominem nominamus, alii vero
non hominem: si quod significat sit esse et non esse hominem se-
nomine sed re. Si autem non significet alterum
homo et non homo, palam quod non esse homini ab
esse homini, quare erit homini esse non homi-
ni esse. unum enim erunt. hoc enim significat esse unum
ut vestimentum et indumentum. si ratio una.
Si vero erunt unum et unum significat homi-
nem et non hominem. sed ostensum est quod alterum significat.
Necesse itaque si verum sit dicere: verum dicere
quod homo est animal bipes. hoc enim erat quod
significabat homo. Sed si hoc necesse non quod non
esse hoc ipsum animal bipes. hoc enim
significat necesse esse, impossibile non esse hominem.
Non ergo contingit simul verum esse dicere idem hominem
esse et non esse hominem. Eadem autem ratio
et in non esse hominem. Nam homini esse et non homini
esse alterum significat. si et album esse et hominem
esse alterum. multum enim oppositum illud magis quare significat
diversum. Si autem et album dicet
idem significare et unum: iterum idem dicemus quod et prius dic-
tum est, quia unum omnia erunt et non solum opposi-
ta. Si vero non contingit, contingit quod dictum est, si respondeat inter-
rogatum. Si autem apponat interrogatum simpliciter
et negationes, non respondebit ad interrogatum. Nihil enim
prohibet idem et hominem et album et alia
mille secundum pluralitatem. Attamen interrogato
si verum est dicere hominem hoc esse aut
non, respondendum est unum significans et non ad-
dendum quod et album et magnum. Et enim impossibi-
le infinita entia accidentia pertransire. aut igitur
omnia pertranseat aut nullum. Similiter igitur et
si milies idem homo et non homo, non est respon-
dendum interrogatum quia est homo quod est simul et non

homo. si vero non et alia contraria accidunt, sed
correspondenda contraria sunt aut non sunt.
Si autem hoc fecerit non disputabit. Omnino
vero destruunt qui hoc destruunt qui hoc
dicunt substantiam et quod quid erat esse. omnia namque
dicere accidere eis necesse. et quod vere homini esse
aut animali esse, non esse. nam si erit quod vere homini
esse, hoc non erit non homini esse aut non homini
esse, quamvis hee negationes huius. Unum enim
erat quod significabat, et erat hoc alicuius substantia. significare vero
substantiam est quia non aliud aliquid esse ipsi. Si autem erit ipsi
et quod vere homini esse et quod vere non homini
esse aut quod vere non esse homini, aliud erit. Qua-
re dicere eos necesse quia nullius erit talis
ratio, sed omnia secundum accidens. Hoc enim determinatum est
substantia et accidens. album enim accidit homini quia est
albus sed non quod vere albus. Si vero omnia
secundum accidens dicuntur, nullum erit primum u-
niversale. Si autem semper accidens de aliquo subiecto sig-
nificat predicationem, in infinitum igitur necesse
esse; sed impossibile. nec enim plura duobus com-
plectuntur. accidens enim non accidenti accidit, nisi
quia ambo eidem accidunt. Dico autem ut al-
bum musico et hoc albo, quia ambo homini
accidunt: sed non alteri. Quoniam igitur hec dicuntur ita,
illa vero illo modo dicuntur accidentia,
quecumque sic dicuntur ut album Socrati, non contingit in-
finita esse in superius ut Socrati albo al-
terum aliquod accidens. Non enim fit aliquid unum
ex omnibus. Nec utique albo aliquod alius
erit accidens ut musicum. Nichil enim magis hoc
illi quam illud huic accidit. Et simul determina-
tum est quia hec quidem ita accidunt. hec autem
ut musicum Socrati. Quecumque vero sic, non
accidenti accidit accidens, sed quecumque illo modo.
Quare non omnia secundum accidens dicuntur. erit
igitur aliquid et ut substantiam significans. Si autem hoc, ostensum
est quia impossibile est simul contradictiones. Amplius
si contradictiones simul de eodem vere sunt omnes,
palam quia omnia erunt unum. Erunt enim idem
trieris et murus et homo. Si de omni aliquid aut
affirmare aut vere contingit. Contradictiones
negare

vocabulum aliud non hominem vocant

Sed non Socrates musicus et albus ... accidunt

est contingit dicentibus rationem pictagore. nam
alicui si videtur non esse trieris homo. palam
quia non est trieris. quare est. si contradictio vera. Et
fit utique quod anaxagore simul res omnes
esse. ut nichil vere unum sit. indefinitum igitur viden-
tur dicere et putantes ens dicere de non ente
dicunt. quod enim potestate ens est et non endelechia in-
definitum est. At vero dicendum ipsis de omni
affirmationem aut negationem. inconveniens enim si unicuique
sua quidem negatio inerit. que vero alterius non
est ei non inerit. Dico autem ut si verum
est dicere hominem quia non est homo. palam quia et
non trieris. quare si affirmatio est necesse est inesse et
negationem. si autem non existit affirmatio
negatio inerit magis quam sua.
quare et si illa inest inerit et que ipsius tri-
eris. si autem hoc et affirmatio. Hec quidem igitur contingunt
hanc dicentibus rationem. Et quia non necesse aut
dicere aut negare. nam si verum quia homo et
non homo. palam quia nec homo nec non homo. nam
duorum due negationes. si autem una ex utrisque
illa. et hec una utique erit. Amplius aut
in omnibus ita se habet et est album et non album
et ens et non ens et in aliis dictionibus et
negationibus modo similiter aut non. sed est in quibusdam
quidem et est in quibusdam non. Et si quidem est non
omnes hee utique erunt confesse. Si autem est
in omnibus. rursum aut de quibuscumque dicere et ne-
gare et de quibuscumque negare et dicere aut de
quibuscumque dicere et negare. sed de quibuscumque ne-
gare non de omnibus dicere. et si sic erit
aliquid firmiter non ens. et hoc erit firma
opinio. et si ipsum non esse firmum sit aliquid
et notum. notior utique erit dictio que opposita
negationi. Si vero similiter et quecumque negare
dicere de his necesse aut verum dividentem di-
cere. ut quia album et rursum quia non album
aut non. et si quidem non verum dividen-
tem dicere. non dicit hec et non est nichil.
non entia autem quomodo utique pronuntiabit
aut ambulabit. et omnia utique unum ut et prius dictum
est. et idem erit homo et deus et trieris et ipsorum
contradictiones. si enim similiter de unoquoque nichil differet
alterum ab altero. si enim differet hoc erit verum et proprium. Simili-
ter autem et si dividentem contingit verum dicere accidit quod dic-
tum est. Adhuc autem quia omnes verum
dicent et omnes mentientur. et ipse idem se
ipsum dicet mentiri. Simul autem et palam quia
de nullo est ad hunc perscrutatio. nichil enim dicit
verum. nec enim ita aut non ita. sed ita et
non ita. et rursum hec negat ambo quia nec
ita nec non ita. nam si non. iam utique erit
aliquid determinatum. Amplius si quando affirmatio vera
et negatio falsa. et si hec vera. affirmatio falsa. non erit
utique dicere simul dicere et negare vere. sed
forsan dicet utique hoc esse quod a principio positum.
Amplius igitur qui aut se habere aut non habere
existimans aut non se habere mentitus
est. qui autem ambo verum dicit. nam si verum dicit quid
utique erit quod dicitur talis esse entium na-
tura. si vero non verum dicit. sed magis verum
dicit qui hoc modo existimat. iam aliquali-
ter se habebunt entia. et hoc verum utique
erit et non simul et non verum. Si autem similiter
et omnes mentiuntur et vera dicunt nec pronun-
tiandum nec dicendum est tali. simul enim hec et non
hec dicit. Si autem nichil suscipit sed similiter existimat
et non existimat. quid utique differenter habebit a plantis.
Unde et maxime manifestum quia nullus
dispositus ita nec aliorum nec dicentium hanc
rationem. Quare namque vadit domum et non quies-
cit putans ire. nec statim diluculo vadit
in puteum aut voraginem si contigerit. sed videtur
timens tamquam non similiter putans non bonum
esse incidere et bonum. palam ergo quia hoc quidem melius
existimat. hoc autem non melius. Si autem hoc
in bono et non bono necesse similiter existimare
et hoc quidem hominem illud autem non hominem
et illud quidem dulce illud vero non dulce putare
est necesse. Non enim ex equo omnia querit et e-
xistimat quando putans melius esse aquam
bibere et hominem videre. deinde ea querit. quamvis
oportebat si idem erat similiter homo et non homo.
Sed quod dictum est nullus est qui non videtur. sed

hoc aliquid ab alio
non esset differre
l differret unum ab alio

tinentis illa vero non. Quare sic videtur omnem existimant hec simpliciter sed non esse omnia sed est melius et deterius. Si autem non scientes sed opinantes multo magis curandum utique erit de veritate quemadmodum infirmo existenti quam sano de sanitate. Etenim opinans ad scientem non sanabiliter disponitur ad veritatem. Amplius si quam maxime omnia sic se habent et non sic sed magis et minus inest in natura entium. Non enim utique similiter dicemus esse duo paria et tria, nec similiter mentitur qui quatuor pente opinatus est et mille et qui mille. Si igitur similiter palam quia alter minus quare magis verum dicit. Si igitur quod magis propinquius erit, erit utique aliquid verum cuius propinquius quod magis verum. Et utique si non est sed iam aliquid firmius et verius. Et a sermone removebimur utique intemperato et prohibente aliquid mente determinare.

Est autem et ab eadem opinione Protagore sermo et necesse similiter ipsas ambas aut esse aut non esse. Nam si quecumque videntur omnia sunt vera et apparentia, necesse simul omnia vera et falsa esse. Multi namque contraria ad invicem existimant et non eadem opinantes sibi ipsis mentiri putant. Quare necesse idem esse et non esse. Et si hoc est necesse putata omnia esse vera. Opposita namque invicem opinantur mentientes et verum dicentes. Si igitur entia sic se habent verum dicent omnes. Quod quidem quia ab eadem sunt intellectu utreque rationes palam. Est autem non idem modus ad omnes. Hii namque persuasione egent illi vero violentia. Quicumque enim ex dubitare existimaverunt horum ignorantia bene curabilis. Non enim ad orationem sed ad mentem obviatio ipsorum. Quicumque vero orationis causa dicunt horum argumentatio curatio et eius que in voce orationis et eius que in nominibus. Venit autem dubitantibus hec opinio ex sensibilibus, quod quidem eius quod simul contradictiones et contraria existere videntur ex eodem facta contraria. Si igitur non contingit fieri non ens, preexistebat similiter res ambo ens. Et ut Anaxagoras mixtum esse in omni ait et Democritus. Etenim iste vacuum et plenum similiter quamlibet parte existere quod hoc quidem horum esse ens illud vero non ens. Ad eos quidem igitur qui existimant ex hiis dicemus quia modo quodam recte dicunt et modo quodam ignorant. Ens enim dicitur dupliciter quare est quo modo contingit fieri aliquid ex non ente, est autem quomodo non. Et simul esse idem ens et non ens, sed non secundum idem ens. Potentia namque contingit simul idem esse contraria, actu vero non. Amplius dignificemus ipsos existimare et aliam substantiam esse entium cui nec motus existit nec corruptio nec generatio omnino. Similiter autem et que est apparentium veritas quibusdam ex sensibilibus venit. Verum enim non pluralitate iudicari putant oportere nec paucitate. Idem vero hiis quidem dulce gustantibus esse videtur aliis vero amarum. Quare si omnes laborarent aut omnes desipiunt, duo aut tres sani sunt aut mentem habentes, hos quidem videri laborare et desipere, alios vero non. Amplius et multis aliorum animalium contraria videri et nobis et ipsi cuilibet ad se ipsum non eadem secundum sensum semper videri. Quecumque igitur horum vera aut falsa non manifestum. Nihil enim magis hec quam illa vera sed similiter. Quapropter Democritus ait aut nihil esse verum aut nobis non manifestum. Omnino autem propter existimare prudentiam quidem sensum, hunc autem esse alterationem, et quod apparet secundum sensum ex necessitate verum esse dicunt. Ex hiis enim et Empedocles et Democritus et aliorum ut est dicere unusquisque talibus opinionibus facti sunt rei. Etenim Empedocles permutantes habitum permutare dicit prudentiam. Ad presens enim consilium augetur hominibus. Et in aliis dicit quia quantum alteri transformati sunt, tantum ipsis et sapere

alteram assumit. Parmenides vero enuntiat
eodem modo ut enim quisque habuerit membro-
rum complexionem multe flexionis intellectus
hominibus adest. idem enim est quod quidem sapit mem-
brorum natura hominibus et omnibus et omni
quod enim plus est intellectus. Anaxagore autem pro-
nuntiatio recordatur ad quosdam sociorum quia
talia ipsis erunt entia qualia utique existimave-
runt. Dicunt enim et Homerum videri hanc
habere opinionem quia fecit Hectorem tamquam in
extasi fuit a plaga iacere aliud sapien-
tem tamquam sapientes quidem et desipientes sed
non eadem. palam igitur quod si utreque prudentie
prudentie et ens simul sic et non sic se habebit.
Quod autem gravissimum accidit est. nam si
qui maxime contingens verum viderunt. hii
autem sunt maxime querentes ipsum et aman-
tes ipsum. hii autem tales habent opiniones
et talia enuntiant de veritate. quomodo non est dig-
num et respuere et philosophari conantes? nam
volatilia persequi erit utique veritatem que-
rere. Huius autem opinionis causa quidem de
entibus veritatem quidem intendebant en-
tia autem putaverunt esse sensibilia solum. in hiis
vero multa que indeterminati natura existit
et que entis sicut diximus. propter quod decenter
quidem dicunt non vera autem dicunt. Sic
enim congruit magis dicere quam sicut Epy-
charmus ad Zenophanem. Amplius autem
omnem videntes hanc moveri naturam
de permutante autem nil verum dicentes. circa vero omnia
semper permutans non contingere verum dicere.
ex hac existimatione pullulavit opinio dic-
tarum summa que est dicentium eraclizare
et qualem Cratilus habuit qui demum tandem nil
existimavit oportere dicere. sed digito
movebat solum ut Eraclitum increpuit
dicentem bis in eodem flumine non est
intrare. Ipse enim existimavit quod nec se-
mel. Nos autem et ad hanc rationem dicemus
quod permutans quando permutat sit hic quidam
ipsis rationem non existimari esse. Est
dubitabile et dubitabilissimum. abiciens enim habet

aliquid eius quod abicitur et eius quod fit iam neces-
se esse omnino quod si corrumpitur existet aliquid esse
et si fit ex quo fit et a quo generatur neces-
se esse et hoc non esse infinitum. Sed hec per-
mittentes illa dicamus quod non idem est
permutare secundum quantitatem et secundum qualitatem.
secundum quidem igitur quantitatem sit non manens sed secundum speciem o-
mnia cognoscimus. Amplius autem digni
increpare sic existimantes quia sensi-
bilium in minoribus numero scientes sic ha-
bentem de toto celo similiter enuntiaverunt.
Ille enim circa nos sensibilis locus in generatione et
corruptione perseverat solum ens. Sed iste ut di-
citur nulla pars est omnis. Quare iustius u-
tique propter illa hec remitti fuissent quam de illis
propter hec erraverunt. Amplius autem palam quod
et ad hos eadem olim dictis dicemus. quia
enim est immobilis natura quedam ostendendum est ipsis
et credendum est eis. Et quidem quecumque simul dicentibus esse
et non esse quiescere magis dicere omnia
quam moveri. Non enim est in quod permutantur.
non enim omnia insunt omnibus. De veritate vero
quod non omne apparens verum. primum quidem
quia nec sensus falsus proprii sed phantasia non
est idem sensui. Deinde dignum mirari
si hec dubitant utrum tante sint mag-
nitudines et colores tales quales a
remotis videntur aut quales de
prope. Et utrum qualia sanis aut qualia
laborantibus. et graviora utrum qualia
debilibus aut qualia robustis. Et
vera utrum qualia dormientibus
aut qualia vigilantibus. quod quidem enim non
putant palam. nullus enim si putavit
esse de nocte Athenis esse ens in Libia
vadit ad odeum. Amplius autem
de futuro ut et Plato dicit neque similiter
propria medici opinio et ignorantis ne-
cessarium de futuro sanos fore aut non
futuro. Amplius autem et in sen-
sibilibus non similiter propria et alieni et propin-
qui aut proximi et eius quod ipsius. sed de co-
loribus quidem visus non gustus de sapo-

ribus vero gustus et non visus. Quorum
nullus sane in eodem tempore de eodem nunquam dicit simul
ita et non ita se habere. Sed nec in altero tempo
re de passione dubitavit, sed de re cui ac
cidit passio. Dico autem puta idem quidem
vinum videbitur utique aut mutatum aut
corpore mutato quandoque quidem esse dulce quandoque
autem non dulce. Sed non quod dulce quale est quando fu
erit nunquam mutavit, sed semper de ipso verum
dicit, et est ex necessitate futurum tale dulce.
Quamvis hec et rationes omnes destruunt quem
admodum et substantiam non esse ullius, ita nec ex
necessitate nihil. Necessarium enim non contingit aliter et aliter se
habere. Quare si quid est ex necessitate non se habebit ita et
non ita. Totaliter quoque si est sensibile solum,
nihil erit utique non existentibus anima
tis. Sensus enim non erit. Forsan quidem igitur
sensibilia esse neque sensiones forsan verum.
Sentientis enim passio hoc est. Subiecta vero
non esse que sensum faciunt et sine sensu im
possibile. Non enim sensus ipsius est, sed est et
alterum preter sensum quod prius esse sensu est
necesse. Movens enim moto prius est natura,
et utique si ad invicem dicuntur hec, nihil minus.

Sunt autem quidam qui dubitant et horum persu
asorum et has rationes solum dicentium. Querunt
enim quis est qui iudicat sanum et omnino de
singulis recte iudicantem. Tales vero dubitatio
nes similes sunt dubitationi utrum dormi
mus nunc aut vigilamus. Possunt autem
omnes dubitationes tales idem. Omnium enim ratio
nem hii dignificant esse. Querunt enim et principium et
per demonstrationem accipere. Quoniam quoque non persuasi
sunt manifesti sunt in actibus. Sed quod dicimus
hoc ipsorum passio est. Rationem enim
querunt quorum non est ratio. Demonstrationis enim prin
cipium non est demonstratio. Hii quidem igitur
facile hoc utique credent. Est enim non
difficile sumere. In sermone enim vim
solum querentes impossibile querunt. Contra
ria namque dicere dignificant statim contraria
dicentes. Si autem non sunt ad aliquid omnia
sed quedam sunt et ipsa secundum se, non utique erit

omne quod apparet verum. Nam quod apparet alicui apparet.
Quare qui dicit omnia que apparent esse vera
omnia que sunt facit ad aliquid. Propter quod et obser
vandum est in sermone querentibus simul
et sustinere sermonem dignificantibus
quod non quod apparet est, sed quod apparet cui appa
ret et quando apparet et inquantum et
ut. Si autem sustineat quidem sermonem,
non sic autem sustineat, accidet ipsis con
traria cito. Contingit enim eidem secundum visum quidem mel
apparere, gustui vero non, et oculis duo
bus existentibus non eadem utrique visui si
sint dissimiles. Quoniam ad dicentes propter
olim dictas causas quod apparens verum esse, et
propter hoc omnia similiter esse falsa et vera. Neque enim
omnibus eadem apparere, neque ipsi semper
eadem, sed multotiens contraria secundum idem tempus.
Tactus enim dicit in digitorum variatione
duo, visus autem unum. Sed nunquam eidem et secun
dum idem sensum et similiter et in eodem tempore.
Quare hoc utique verum. Sed forsan propter hoc dicere
necesse hiis qui non propter dubitationem sed omnes
cum dicentibus quod hoc non est verum sed
huic verum. Et est sicut prius dictum
est necesse est ad aliquid facere omnia et ad opi
nionem et sensum. Quare nec factum est
nec erit nihil nullo preopinante. Si autem
factum est aut erit, palam quod non erunt
omnia ad opinionem. Amplius si unum,
ad unum aut ad determinatum. Et si idem
et dimidium et equale, sed non ad duplum
equale. Ad opinans itaque si idem est
homo et opinatum, non est homo opinans
sed opinatum. Si autem unumquodque erit ad opinans, ad in
finita erit specie opinans. Quod quidem igitur
firmissima opinio omnium non esse simul
veras oppositas dictiones, et quid accidit ita
dicentibus et quare ita dicunt, tot sint dicta.

Quoniam autem impossibile est contradictionem simul
esse veram de eodem, palam quia nec contra
ria simul inesse contingit. Contrariorum vero al
terum est privatio non minus, substantie autem pri
vatio negatio est ab aliquo determinato ge
nere. Si igitur impossibile est simul affirmare et ne

si equatur sibi uno unius quod sit ad opinans

gare vere impossibile est contraria simul inesse
sed aut quo ambo aut alterum quo, al-
terum vero simpliciter. At vero nec contradictio-
nis medium esse contingit, sed necesse aut dice-
re aut negare unum de uno quodque. Palam au-
tem primum quidem diffinientibus quid verum et
falsum. Dicere namque ens non esse aut non
esse esse falsum; ens autem esse et non ens non esse ve-
rum. Quare dicens esse aut non verum dicit
aut mentietur. Sed neque ens dicitur non esse aut
esse neque non ens. Amplius autem me-
dium erit contradictionis quemadmodum neutrum
pallidum albi et nigri hominis et equi. Si quidem sic non permuta-
bitur. Non enim ex non bono in bonum permu-
tatur aut ex hoc in non bonum. Nunc
autem semper videtur. Non enim est permutatio
nisi in opposita et media. Si autem est medium
et sic utique erit aliqua in album non generatio
albo generatio. Nunc autem non videtur. Am-
plius omne intelligibile et intellectuale mens
aut affirmat aut negat. Hoc autem ex
diffinitione palam quando verum dicit aut men-
titur. Cum quidem sic componit dicens aut
negans verum dicit, cum autem sic men-
titur. Amplius praeter omnes oportet esse has ratio-
nes nisi orationis causa dicitur. Quare et neque ve-
rum dicet et quis non verum dicet.
Et praeter ens et non ens erit. Quare et praeter
generationem et corruptionem transmutatio quae-
dam erit. Amplius in quibuscumque generibus
hominibus medium nec contrarium infert et in his e-
rit ut in numeris neque impar neque non par nu-
merus. Sed impossibile ex diffinitione. Non palam.
Amplius in infinitum vadet et non so-
lum emiolia que sunt erunt sed plura. I-
terum enim hoc negare ad dictionem et
negationem et hoc erit aliquid. Nam illa est
quaedam ipsius alia. Amplius cum in-
terrogante si est album quando dicit quia
non, nichil negavit quam ipsum esse. Negatio
vero est quia non est. Venit autem quibus-
dam sic opinio sicut et aliae inopinabili-
um. Cum enim solvere non possunt ora-
tiones contentiosas annuentes orationi confirmant
verum esse quod est sillogizatum. Hii quidem propter talem
causam dicunt. Illi vero propter omnium rationem quae-
rere. Principium autem ad hos omnes ex
diffinitione. Diffinitio vero fit ex eo quod necesse
significare aliquid ipsos. Ratio namque est nomi-
num signum diffinitio fit. Videtur autem Era-
cliti quidem oratio dicens omnia esse et non esse
omnia vera facere. Anaxagorae vero est aliquid
medium contradictionis. Quare omnia falsa. Nam quando
miscentur nec bonum nec non bonum
est mixtum. Quare nihil dicere verum. Deter-
minatis autem his palam et unius modo
dicta et de omnibus impossibile est esse sicut quidam
dicunt. Hii quidem dicentes nihil verum esse,
nihil enim prohibere dicunt sic omnia esse
sicut diametrum commensurabilem. Illi vero
omnia vera. Fere namque ipsis rationes he-
edem Eracliti. Nam qui dicit quia omnia vera
et omnia falsa et seorsum dicit rationum utram-
que. Quare si sunt impossibilia illa et hec
impossibile est. Amplius autem evidentes contradictio-
nes sunt quas non est possibile esse simul veras,
nec utique falsas omnes et quidem putabi-
tur magis contingere ex dictis. Sed ad omnes
tales orationes oportet quaerere quemadmodum in superio-
ribus sermonibus dictum est non esse aliquid aut
esse, sed significare aliquid aut non esse, sed significare ali-
quid. Quare ex diffinitione disputandum accipientes
quid significat esse verum aut falsum. Si autem nichil ali-
ud quam verum aut negare falsum est, impossibile
est omnia falsa esse. Est enim necesse contradictionis par-
tem alteram esse veram. Amplius si omne
quidem dicere aut negare est necesse, utraque falsa
esse impossibile est. Alteram namque partem contradictio-
nis est falsam. Accidit autem et tritum hoc fama-
tum est de omnibus talibus orationibus ipsas
se ipsas destruere. Nam qui omnia
vera dicit orationis sibi contrariam veram fa-
cit. Quare suam non veram. Contraria
enim non dicit ipsam esse veram. Qui vero
falsa et ipse se ipsum. Si autem excipiat
hic quidem contrariam quia non vera sola est, ille vero

sua altera quod non falsa · videtur minus necessitas accidere ipsis ferre orationes veras et falsas; falsa qui dicit verum omnium verus est · hoc autem in infinitum vadit. Palam autem quod nec qui omnia quiescere dicit vere dicit nec qui omnia moveri. Si namque quiescunt omnia, semper eadem vera et falsa erunt; videtur autem hoc transmutatum, nam qui dicit aliquando ipse non erat et iterum non erit. Si vero omnia moventur, nihil erit verum; ergo omnia falsa, sed ostensum est quod impossibile est. Amplius ens necesse permutari est; ex aliquo namque in aliquid est permutatio. At vero nec omnia quiescunt aut moventur aliquando, semper autem nihil; est enim aliquid quod semper movet que moventur, et primum movens immobile ipsum.

Principium dicitur aliud quidem unde utique aliquid rei movebitur primum, ut longitudinis et vie hinc quidem hoc principium, ex opposito autem alterum. Aliud vero unde utique optime fiet unumquodque ut doctrine optime fiet unumquodque ut doctrine; non a primo et rei principio inchoandum est, sed unde facillime utique addisceret. Aliud vero primum generat inexistente, ut navis sedile et domus fundamentum, et animalium alii cor, alii cerebrum, alii quodcumque sortiatur tale putant. Aliud vero fit primum non inexistente et unde primum motus natus est inchoari et permutationis, ut puer ex patre et matre et bellum ex convicio. Aliud vero secundum cuius voluntatem moventur que moventur et mutantur que mutantur, ut in civitatibus principatus et potestates et imperia et tyrannides principia dicuntur, et artes, et harum maxime architectonice. Amplius unde cognoscitur res primum, et hoc principium dicitur rei, ut demonstrationum suppositiones. Totiens autem et cause dicuntur; omnes namque cause principia. Omnium quidem igitur principiorum commune est primum esse unde aut est aut fit aut cognoscitur. Horum autem hec quidem inexistentia sunt, illa vero extra. Quapropter et natura principium et elementum et mens et voluntas et substantia et quod quid est; multorum enim et cognitionis et motus principium bonum et malum.

Causa vero dicitur uno quidem modo ex quo fit aliquid inexistente, ut es statue et argentum phiale et horum genera. Alio vero species et exemplar; hoc autem est ratio ipsius quod quid erat esse et huius genera, ut eius que est dyapason duo ad unum et totaliter numerus, et partes que in ratione. Amplius unde principium permutationis primum aut quietis, ut consiliator causa et pater filii et omnino efficiens facti et permutans permutati. Amplius ut finis; hic autem est cuius causa est, ut ambulandi sanitas. Propter quid enim ambulat dicimus ut sanetur, et dicentes ita putamus reddidisse causam. Et quecumque movente alio intermedia fiunt finis, ut sanitatis attenuatio aut purgatio aut pharmaca aut organa; hec namque omnia finis gratia sunt. Differunt autem ab invicem quia hec quidem ut organa, illa vero ut opera. Quare fere totiens dicuntur. Accidit autem multotiens dictas esse causas et multas eiusdem esse causas non secundum accidens, ut statue statuefactiva et es, non secundum aliud aliquid sed in quantum statua; sed non eodem modo, verum hoc quidem ut materia, illud vero ut principium motus. Aliud autem idem contrariorum est; quod enim presens est causa huius, absens causamur aliquando de contrario, ut absentiam gubernatoris deperditionis, cuius erat presentia causa salutis. Utraque vero et presentia et privatio cause sunt ut moventes. Omnes vero cause dicte in quatuor modos manifestissimos cadunt. Nam elementa sillabarum et materia factorum et ignis et terre et talia corporum omnia et partes totius et suppositiones conclusionis ut

Causa

Et aliquorum invicem cause sunt ut laborare causa euexie et hec laborandi, sed non eodem modo, verum hoc quidem ut finis, illud vero ut principium motus.

ex quo esse fiunt horum autem hec quidem quasi
subiectum ut partes, alia vero ut quod quid erat
esse et totum et compositio et species. Sperma ve-
ro et medicus et consiliator et omnino facien-
tes omnia unde principium permutationis aut
status. alia vero ut finis et bonum a-
liorum. nam quod cuius causa optimum et finis
aliorum. nam quod cuius causa optimum et fi-
nis aliorum vult esse. Nil autem differat di-
cere ipsum bonum aut apparens bonum. Cau-
se quidem igitur hee et tot sunt specie. Modi
vero causarum numero quidem multi sunt, capita-
les capitulati vero et hii pauciores. Di-
cuntur enim esse multe et ipsarum eiusdem speciei prius
et posterius altera quam alia ut sanitatis medi-
cus artifex et eius quod diapason duplum
et numerus et semper continentia quecumque singularium.
Amplius autem ut accidens et horum genera ve-
luti statue aliter polycletus et aliter sta-
tue factor quia accidit statue factori polycle-
tum esse. Et continentia autem accidens ut
homo causa statue aut et totaliter animal quia
polycletus homo et homo animal. Sunt autem
et accidentium alia aliis remotius et
propinquius ut si albus et musicus causa dicantur
et non solum polycletus aut homo. Preter
omnia autem et proprie dicta et per accidens hec quidem ut po-
tentia [alia ut agentia] ut ipsius edificari edificator [aut edificans]. Eadem
autem dicuntur et in quibus causa dictis ut huius
statue aut omnino ymaginis aut eris
huius aut omnino materie et in accidentibus similiter.
Amplius autem complexa et hec et illa dicuntur
ut neque polycletus nec statue factor sed
polycletus statue factor. Attamen omnia
hec sunt pluralitate sex dupliciter autem dicta aut
enim ut singulare aut ut genus et ipsum
per se aut per accidens aut per genus acci-
dentis aut ut complexa hec autem ut simpliciter
dicta. Amplius ut agentia aut per po-
tentiam. Differunt autem in tantum quod
agentia quidem et singularia simul sunt
et non sunt et ipsa et quorum sunt causa
et hic medens cum hoc convalescente et hic edifica-
tor cum hoc edificato. que autem secundum potentiam non
semper. corrumpuntur enim non simul domus et
edificator.

Elementum dicitur ex quo componitur primo indivisibi-
li specie in aliam speciem ut vocis elementa ex
quibus vox componitur et in que dividitur ultima. Il-
la vero non adhuc in alias voces ab
ipsis specie divisas. Sed et si dividantur parti-
cule eiusdem speciei ut aqua particula aqua
sed non sillabe. Similiter autem et corporum dicunt elementa
dicentes in que dividuntur corpora ultimo [uno ·]. Illa
autem non adhuc in alia specie differentia. et que
sive unum sive plura talia hec elementa dicuntur.
Similiter autem et que diagrammatum dicuntur
elementa et omnino autem demonstrationum. nam prime demonstrationes
et in pluribus demonstrationibus existentes hee elementa demonstrationis
dicuntur. Sunt autem tales sillogismi primi ex
tribus per unum medium. Et transferentes
autem elementum vocant quodcumque unum ens et parvum ad
multa fuerit utile. Quapropter et parvum et sim-
plex et indivisibile dicitur elementum. Unde veniunt ma-
xime elementa universalia elementa esse quia unumquodque e-
orum unum ens et simplex in multis inest
aut omnibus aut quam plurimis et unum et punctum
principia quibusdam videntur esse. Quoniam igitur voca-
ta genera universalia et indivisibilia. una enim ipsorum
non est ratio, genera elementa dicunt aliqui et magis quam
differentiam quia universale magis genus. Nam
cui differentia inest et genus sequitur. Cui vero
genus non esse differentia. Omnium autem commune esse elemen-
tum quod primum inest unicuique.

Natura vero dicitur uno quidem modo nascen-
tium generatio ut si quis extendens di-
cat ly u. Uno vero ex quo generatur pri-
mum quod nascitur inexistente. Amplius
unde motus primus in unoquoque natura ens-
tium in ipso in quantum ipsum inexistit. Na-
sci vero dicuntur quecumque augmentum habent
per alterum in tangendo et connasci aut ad
adnasci ut embria. Differt autem connas-
centia ab tactu. hic enim nichil preter tactum

tium quod motum aut operari habere dicitur hoc ipsum. ut columpna ponderosa superposita ut ipse te athlante faciunt celum hec enim continet casurum super terram quemadmodum physiologorum quidam dicunt. hoc autem modo continens dicitur quod continet hec que separata secundum suum impetum singula. Et adhuc esse simul modo dicitur omnia ipsi habere.

Ex aliquo esse dicitur uno quidem modo ex quo est ut materia et hoc dupliciter. aut secundum primum genus aut secundum ultimam speciem puta sunt quidem ut omnia liquabilia ex aqua. est autem ut cum ex ere statua. Alio vero modo ex primo movente principio ut ex quo pugna ex convitio quia hoc est principium pugne. Alio vero ex composito ex materia forma. ut ex toto partes et ex yliade versus et ex domo lapides. finis vero est forma. perfectum vero habens finem. Hec autem ut ex parte species ut homo ex bipede et sillaba ex elemento. aliter enim hec et statua ex ere. namque ex sensibili materia hec quidem sic dicuntur. Alia vero si secundum partem aliquod horum aliquid existit modorum. ut ex patre et matre puer et ex terra plante quoniam ex aliqua parte ipsorum. Alio vero post quod tempore ut ex die nox et ex serenitate hyems quia hoc post hoc. Horum autem hec quidem quia habent transmutationem ad invicem ita dicuntur ut et que nunc dicta sunt. hec autem solum secundum tempus consequentia ut ex equinoctio fiebat navigatio quia post equinoctium fiebat et ex dyonisiis targelia quia post dyonisia.

Pars dicitur uno modo in quod dividitur utique quantum quocumque. semper enim ablatum a quanto in quantum quantum pars illius dicitur. ut trium duo partes dicuntur aliqualiter. Alio vero modo que talia mensurant solum. propter quod duo trium sunt quidem ut dicitur partes sunt autem ut non. Amplius in que species dividitur utique sine quantitate et hec partes huius dicuntur. quare species generis dicunt partes. Amplius in que dividitur aut ex quibus componitur totum aut species aut habens speciem ut spere enee aut cubi enei pars

hoc autem est materia in qua species est et angulus pars. Amplius que sunt in ratione uniuscuiusque ostendente et hec partes totius. propter quod genus speciei et pars dicitur. aliter autem species generis dicitur.

Totum dicitur et cuius nulla pars abest ex quibus totum dicitur natura. et continens contenta ut unum quid sint illa. Hoc autem dupliciter est. aut enim ut unumquodque unum aut ex hiis unum. Universale quidem enim et quod totaliter dicitur ut totum quoddam ens sic est universale. quia multa continens in predicari de unoquoque. et unum omnia esse ut unumquodque puta hominem equum deum quia omnia animata. Continuum vero et finitum quando unum quid ex pluribus est insuntur maxime quidem potestate. si autem non actu. Horum autem vero eadem magis que sunt natura quam arte talia quemadmodum in uno dicimus tamquam existente totalitate unione quadam. Amplius quanto habente principium et medium et ultimum quorum quidem non facit positio differentiam omne dicitur. quorum vero facit totum. quecumque ambo dicuntur et totum et omne. Sunt autem hec quorum quidem eadem natura manet transpositione forma vero non. ut cera et vestis. etenim totum et omne dicuntur ambo. aqua vero et quecumque sunt humida et numerus omne quidem. totus numerus vero et tota aqua non dicitur nisi metaphora. Omnia vero dicuntur in quibus omne ut in uno in hiis omnia autem in divisis.

Colobon vero dicitur quantorum et non quorumlibet partibile oportet esse et totum. Stadio non sunt coloba altero ablato uno. non enim equale colobinum et reliquum umquam est. Nec totaliter numerus nullus. et enim substantiam oportet manere si est colobos ciphus adhuc esse ciphum. numerus autem non adhuc idem. Adhuc autem et si partium dissimilium sunt. nec hec omnia. numerus enim est ut dissimiles habet partes ut dualitatem et ternitatem. Et totaliter quorum non est positio differentiam nullum est colobon ut aqua aut ignis. sed oportet talia esse que in substantia positionem habent. Amplius continua non armonia

est composita ... species ex speciei materia

deumque

Hor

manet

omnis hic, ... omnis hec ...

colobonia

et extremis quae sunt dissimilem positionem et totum ha
beat coloba aut non sit. Amplius quaecumque conti
nua non hoc ex quacumque particula perdita coloba. Oportet
enim neque quae principalia sunt neque ubicumque entia
ut si perforetur calix non colobon, sed si an
sa aut extremitas quaedam. Et homo si non car
nem aut splenem, sed si extremitatem et hoc non
omnem, sed quae non habet generationem ablata to
ta; quare propter hoc calvi non sunt colobi.

Genus dicitur hoc quidem si sit generatio conti
nua speciem eandem habentium, ut dicitur donec
utique hominum genus sit, quia donec est genera
tio continua ipsorum. Aliud vero a quo sunt
primo movente ad esse; sic enim dicuntur El
lenes genere, hii autem Iones, quia hii quidem ab Ellene, hii
vero ab Ione primo generante; et magis qui a gene
rante quam qui a materia, ut a femina. Am
plius autem ut superficies figurarum genus
superficialium et solidum solidorum; figu
rarum enim unaquaeque haec quidem superficies talis, hoc
solidum tale. Hoc autem est quod subicitur differentiis. Amplius
ut in rationibus primum inexistens quod dicitur in eo quod quid est, hoc
genus cuius differentiae dicuntur qualitates. Genus igitur
totiens dicitur, hoc quidem secundum generationem continuam
speciei eiusdem, hoc autem secundum primum movens eiusdem speciei, hoc vero ut materia. Cuius enim
differentia et qualitas est, hoc est subiectum quod dicimus mate
riam.

110 Diversa vero genere dicuntur quorum diversum
primum subiectum et non resolvitur alterum in alt
erum neque ambo in idem, ut species et mate
ria diversum genere. Et quaecumque secundum diversam
figuram cathegorie entis dicuntur; nam haec quidem
quid est significant entium, alia quale, alia ut di
visum est prius; neque enim haec resolvuntur neque
in invicem neque in unum aliquid.

Falsum dicitur uno modo ut res falsa, et
huius hoc quidem per non componi aut per impossibile
esse componi, sicut dicitur diametrum esse commensura
bilem aut te sedere; horum enim falsum hoc quidem
semper, illud vero aliquando; sic enim non en
tia haec. Alia vero quae sunt quidem entia,
apta nata sunt videri aut qualia non sunt

ut sciagraphia et sompnia; haec namque sunt aliquid, sed
non quorum faciunt phantasiam. Res quidem igitur falsae
sic dicuntur, aut quia non sunt ipsae, aut quia
ab eis phantasia non entis. Ratio vero falsa
quae est non entium inquantum falsa. Unde omnis
ratio falsa alterius quam cuius est vera, ut quae circuli falsa tri
goni. Cuiuslibet autem ratio est quidem ut u
na quae quod quid erat esse, est autem ut multae,
quoniam idem aliqualiter ipsum et ipsum passum, ut
Socrates et Socrates musicus. Falsa autem ratio nul
lius est simpliciter ratio. Quapropter Antisthenes
opinabatur fatue nihil dignum dici praeter propria ratio
ne, unum in uno; ex quibus accidit non esse contradic
ere, fere autem nec mentiri. Est autem unumquod
que dicere non solum sua ratione, sed et alterius,
falso quidem et omnino, est autem ut et vere, sic
ut octo duplum dualitatis ratione. Haec quidem igitur
sic dicuntur falsa. Homo autem falsus qui promp
tus et electivus talium rationum non propter
aliquid alterum sed propter ipsum, et qui aliis tali
um factivus rationum, sicut et res dicimus esse falsas
quaecumque faciunt phantasiam. Quare
quae in Ypia ratio seducit ut idem et verus et
falsus. Potentem enim mentiri accipit falsum,
hic autem sciens et prudens. Amplius
volentem pravum meliorem. Hoc autem accipit
falsum per inductionem; nam volens
claudicans non voluntario melior, clau
dicare dicens imitari; quoniam si claudus vo
lens, deterior forsan, sicut et in more
et hoc.

Accidens dicitur quod inest alicui et verum est dicere,
non tamen ex necessitate neque ut frequenter, pu
ta si quis fodiens plantae foveam
thesaurum invenit. Hoc igitur accidens fo
dienti foveam invenire thesaurum. Neque enim
ex necessitate hoc ex hoc aut post hoc,
nec ut frequenter si quis plantat, thesaurum in
venit; et si quis musicus, utique erit al
bus; sed quoniam nec ex necessitate
nec ut frequenter hoc fit, accidens ipsum dicimus.
Quare quoniam est existens aliquid et alicui, horum.

tandem et calidi et aliquid cuiusmodi evenerit causa
sed non quia sed aut ut nunc aut sic acci-
dens erit. Palam ergo quod causa determinata acci-
dentis sed contingens. hoc autem indetermina-
tum. accidit enim alicui Egyptum venire sed non
propter hoc adveniet ut illuc veniat sed ab hye-
me expulsus aut latronibus captus e-
venit quod est accidens et non in se contingens ip-
sum sed in ipsum alterum. hyemps enim causa in quo
navigabat veniendi sed erit Egyptus quod
et alter accidens ut quecumque existunt unicuique
per se non in substantia entia velut et angulos du-
os rectos habere. Et hoc quidem contingit sempiter-
na esse illorum nullum. sed aut ratio talis.

Principia et cause
queruntur entium palam au-
tem quod inquantum entia. est enim
aliqua causa sanitatis et con-
valescentie. sunt et mathe-
matica principia et elementa et cause. totaliter omnis
omnis scientia intellectualis aut participans aliquid intellectus
est causarum et principiorum aut certiorum aut simpli-
ciorum. sed omnis iste circa unum aliquid et genus
aliquod circumscripte de hoc tractant sed non de
ente simpliciter nec inquantum ens est. et de eo
quod quid est nullam rationem faciunt sed ex hiis alie
quidem sensu facientes quod quid est sic quod per se in-
sunt generi circa quod sunt demonstrant aut
magis necessarie aut infirmius. Quapropter
palam quod non est demonstratio substantie nec eius quod quid est ex
tali inductione sed quidam alius modus
ostensionis. Similiter autem nec si est aut non
est genus circa quod versantur nichil dicunt propter
eiusdem rationis esse ipsum quod quid est manifestum facere et si
hoc est. Quoniam vero physica scientia est circa ge-
nus quoddam entis nam circa talem est substan-
tiam in qua principium motus et status in ipsa
tam quod nec activa est nec factiva. factivarum enim in
faciente principium aut intellectus aut ars
aut potentia quedam. activarum vero in agente
prohe[re]sis. idem enim agibile et eligibile quare
si omnis scientia aut factiva aut [illegible]
dam est aut theorica physica theorica quedam est.

activa

sed theorica est circa tale ens quod est potens moveri
et circa substantiam que secundum rationem ut secundum magis non
separabilem solum. Oportet autem quod quid erat esse
et rationem qualiter est non latere. Sine hoc enim que-
rere nichil facere est. Diffinitorum autem et ipsorum quid
est. hec quidem ita sunt ut simum. illa vero ut
concavum. differunt autem hec quia simum quidem
conceptum est cum materia. est enim simus nasus
concavus. concavitas vero sine materia sensibili.
Si ergo omnia physica similiter simo dicuntur ut nasus
oculus facies caro et os totaliter animal folium
radix cortex totaliter planta. nullius enim
horum sine motu ratio. sed semper habent materiam pa-
tet quomodo oportet in physicis quod quid est quere-
re et diffinire. ideo et de anima quedam est spe-
culari physicis quecumque non sine materia est. Sed
quod est physica theorica manifestum est ex hiis. Sed est et
mathematica theorica. sed si immobilium et se-
parabilium est nunc adhuc non manifestum. quod circa quedam
mathematica inquantum immobilia et inquantum separa-
bilia speculantur manifestum. Si vero est aliquid immo-
bile et separabile et sempiternum palam quod theorice
est id nosse non tamen physice neque de mobi-
libus quibusdam est physica. Palam ergo mathematica sed prioris
amborum physica nam circa inseparabilia quidem
sed non immobilia. mathematica autem circa quedam sed
circa immobilia sed circa inseparabilia tamquam
forsan verum quasi in materia. prima
vero circa separabilia et immobilia. Palam vero
omnes quidem causas sempiternas et maxime
has. hee namque cause manifestis sensi-
bilium. Quare tres philosophie theorice mathe-
matice physica theologica. Palam enim quia si alicubi
divinum existit et honorabilissimam scientiam
oportet circa honorabilissimum genus esse
sed theologice alias scientias honorabiliores sed
hec autem theoricis. Dubitabit enim utique
aliquis utrum prima philosophia sit universalis aut
circa aliquod genus et naturam unam. non enim idem
modus in mathematicis quia geometria et a-
strologia circa aliquam naturam sunt. illa
vero universaliter omnium est communis. Si quidem igitur non
est aliqua altera substantia preter natura consisten-

inseparabilia
talis non existit
alie autem suppositum accipientes

tres phisica. utique erit prima scientia. Sed si est aliqua substantia immobilis, ista prior et philosophia prima et universalis sic quia prima; et de ente in quantum ens huius utique erit speculari, et quid est et quae insunt in quantum ens. Sed quoniam ens simpliciter dictum multipliciter dicitur, quorum unum quidem erat quod secundum accidens, et aliud quod ut verum, et non ens ut falsum; praeter haec autem sunt figurae categoriae, ut quid, quale, quantum, ubi, quando, et si quid aliud significat hoc modo. Amplius praeter haec omnia quod potestate et actu. Quoniam vero multipliciter dicitur ens, primum de eo quod secundum accidens dicendum, quia nulla est circa ipsum speculatio. Signum autem: nulli namque scientiae, nec activae nec factivae nec theoricae, est de eo cura. Nec enim faciens domum facit quaecumque accidunt domui factae; infinita namque sunt. Nihil enim prohibet esse factam his quidem delectabilem, illis autem nocivam, aliis vero utilem, et aliam ut est dicere ab omnibus entibus, quorum nullius est aedificativa factiva. Eodem quoque modo nec geometer speculatur sic accidentia figuris, nec si alterum est trigonum et trigonum duos rectos habens. Et hoc rationabiliter accidit; quemadmodum enim nomen solum accidens est. Propter quod modo quodam Plato non male sophisticam circa non ens ordinavit. Sunt enim sophistarum rationes circa accidens, ut est dicere, maxime omnium, utrum diversum aut idem musicum et grammaticum, et musicus Coriscus et Coriscus, et si omne quod est, non semper autem, factum est; quare si musicus ens grammaticus factus est, et grammaticus musicus; et quaecumque aliae rationum tales sunt. Videtur enim accidens aliquid propinquum non enti. Palam autem et ex talibus rationibus. Eorum namque aliter entium generatio est et corruptio, eorum vero quae secundum accidens non est. Attamen dicendum est amplius de accidente in quantum contingit, quae eius natura et propter quam causam est; simul enim forsan palam erit et quare ipsius non est scientia. Quoniam ergo sunt in entibus haec quidem semper similiter se habentia et ex necessitate, non ea quae secundum vim dicta, sed quam dicimus in non contingere aliter; illa vero non ex necessitate sunt nec semper sed ut in pluribus: hoc principium et haec causa est eius quod est accidens. Quod enim nec semper nec ut in pluribus, hoc dicimus esse accidens; ut si sub cane fiat hiems et

frigus, hoc accidere dicimus, sed non si aestus et calor, quia hoc quidem semper aut ut in pluribus, illud vero non. Et hominem album esse accidit, nec enim semper nec ut in pluribus; animal vero non secundum accidens. Et aedificatorem sanitatem facere accidens, quia non est hoc natus facere aedificator sed medicus; sed accidit medicum esse aedificatorem. Et coquus voluntatem coniectans faciet utique aliquid salubre, sed non secundum pulmentariam. Quapropter accidit dicimus, et est ut facit, simpliciter autem non. Aliorum namque quandoque potentiae factivae sunt, horum vero nulla ars nec potentia determinata; nam secundum accidens entium aut factorum et causa est secundum accidens. Quare quoniam non omnia sunt ex necessitate et semper aut entia aut facta, sed plurima ut in pluribus, necesse est quod secundum accidens ens esse; ut nec semper nec ut in pluribus albus musicus est; quoniam autem fit aliquando, secundum accidens erit. Si autem non, omnia erunt ex necessitate. Quare materia erit causa contingens praeter ut in pluribus aliter accidentis. Principium autem hoc oportet sumere, utrum nihil est nec semper nec ut in pluribus. Aut hoc impossibile. Est ergo aliquid praeter haec quod utrumlibet et secundum accidens. Sed utrum hoc quod ut in pluribus, et quod semper nulli insunt, aut sunt aliqua sempiterna, de his quidem igitur posterius perscrutandum. Quod autem scientia non est accidentis palam; scientia namque omnis aut est eius quod semper aut eius quod ut in pluribus. Quomodo enim aut discet aut docebit alium? Oportet enim determinari aut per semper aut per ut in pluribus; ut quia utile melicratum febricitanti ut in pluribus. Quod autem praeter hoc non habebit dicere, quando non, puta nova luna. Aut enim et quod nova luna aut semper aut ut in pluribus; accidens autem est praeter haec. Quid quidem igitur est accidens et propter quam causam, et quia scientia non est ipsius, dictum est. Quia vero sunt principia et causae generabilia et corruptibilia sine generari et corrumpi palam. Si enim non, hoc ex necessitate omnia erunt, si eius quod fit et corrumpitur non secundum accidens causam aliquam necesse est esse. Utrum enim erit hoc aut non? Si hoc fiat; si autem non, non. Hoc autem si aliud. Et ita manifestum quia semper tempore ablato a finito tempore veniet usque ad nunc. Ergo hic morietur in

infirmitate aut vi. si exiit hoc aut si sitiet
sed hoc si aliud et ita veniet ad quod nunc
est aut in factorum aliquo ut si sitit. hoc autem
si comedit mordicantia sed hoc aut est aut
non est aut non. Ex necessitate igitur morietur
aut non morietur. Similiter autem et si super-
saliat ad facta eadem ratio. iam enim est hoc in
infectis. dico autem factum ex necessitate quod
omnia erunt quod futura ut mori iuste fore
viventem. iam enim aliquid factum est ut contraria in eodem
corpore sed si infirmitate aut vi nondum nisi
hoc factum fuerit. Palam ergo quia usque ad aliquod
vadit principium hoc autem non adhuc ad aliud erit
ergo quod casus quod ut contingit eveniet ipsum et causa
generationis ipsius nulla. Sed ad principium
quale et causam qualem reductio talis utrum
ut ad materiam aut ut ad quod est gratia aut
ut ad moventem maxime perscrutandum. De
ente quidem per accidens permittatur. determinatum est
enim sufficienter. Quod autem ut verum ens et non ens
ut falsum. quoniam secundum compositionem et divisionem totaliter
circa particulas contradictionis verum quidem enim affirmationem
in composito habet negationem vero in divisio-
ne. sed falsum huius partitionis contradictionem. Aliter
autem quod simul aut quod separatim intelligere accidit
alius sermo. dico autem quod simul et quod separatim ut
non eo quod consequenter sed unum aliquid fiat. non enim est fal-
sum et verum in rebus ut quod quidem bonum ve-
rum quod autem malum falsum. sed in mente. circa
simplicia et quod quid est. autem nec in mente. quaecumque quidem igitur
oportet speculari circa ens sic et non ens posterius
perscrutandum est. Quoniam autem complexio et
divisio est in mente et non in rebus. quod
autem ita ens alterum ens a propriis. aut
enim quid est aut quia quale aut quod
quantum aut si aliquid aliud copulat aut dividit
mens quod quidem ut accidens et quod ut verum
ens permittendum. Causa enim huius quidem in-
finita. illius vero mentis aliqua passio
et utrumque circa reliquum genus entis et non extra
ostendunt entem aliquam naturam entis. Et

propter quod haec permittantur. perscrutandum vero sunt
ipsius entis causae et principia in quantum ens.
Palam autem in quibus determinavimus de
quotiens unumquodque dicitur quia multipliciter dicitur ens sig-
nificat enim hoc dictum quod est.

Ens dicitur multipliciter sicut distinximus
in hiis que de quotiens
significat enim hoc quidem quid est et
hoc aliquid. illud vero ad
quale aut quantum aut
aliorum unumquodque sic predi-
catorum. Tociens autem dicto ente palam quia horum
primum ens quod quid est quod significat substantiam. Nam quando
dicimus quale quid hoc aut bonum dicimus aut malum
sed non tricubitum aut hominem. quando vero quid est
neque album neque calidum neque tricubitum sed ho-
minem aut deum. Alia vero dicuntur entia
eo quod talis entis haec quidem quantitates
esse. illa vero qualitates aliarum passiones
alia aliquid quid tale. Unde et utique dubitabit
aliquis utrum vadere et sanare et sedere unumquodque ipsorum sit
significans aut non ens. Similiter autem et in aliis
talibus. nullum enim ipsorum nec per se aptum natum nec
separari a substantia. sed magis si aliquid vadere
entium est aliquid et sedens et sanans. Haec autem ma-
gis si aliquid vadens entium est aliquid et sedens
et sanans. Haec autem magis apparent entia
propter quod est aliquid subiectum ipsis determinatum. Hoc autem est
substantia et unumquodque quod in cathegoria tali apparet. bo-
num enim aut sedens non sine hoc dicitur. Pa-
lam ergo quia propter eam et illorum singula sunt.
Quare primo ens et non aliquid ens sed ens simpliciter
substantia erit. Multipliciter quidem igitur dicitur primum
sed substantia omnino primum et ratione et noticia et tempore.
Aliorum enim cathegorematum nullum est se-
parabile. sed hoc solum. et ratione hoc primum. Necesse
enim in uniuscuiusque ratione substantiae rationem inesse. Et scire
autem tunc singula maxime putamus
quando quid est homo cognoscimus aut ignem magis quam quale
aut quantum aut ubi. Quoniam et horum
eorundem singula scimus quando quid est quan-
tum aut quale scimus. Et quod olim et

et nunc semper quesitum est et semper dubitatum, quid ens, hoc est quae substantia. hoc enim quidam unum esse dicunt, illi vero plura, et hii quidem finita, illi vero infinita. Quare et nobis maxime et primum et solum ut est dicere de sic ente speculandum est quid est. Videtur autem substantia existere manifestissime corporibus; unde animalia et plantas et partes earum substantias esse dicimus, et naturalia corpora ut ignem et aquam et terram et talium singula, et quaecumque aut partes eorum aut ex his sunt, aut partibus aut omnibus, ut celum et partes eius astra et lunam et solem. Utrum autem hae solae substantiae sunt aut et aliae, aut harum quaedam aut et aliarum quaedam, aut harum quidem nulla aliarum vero quaedam, perscrutandum. Videtur autem quibusdam corporis termini, ut superficies et linea et punctus et unitas, esse substantiae magis quam corpus et solidum. Amplius praeter sensibilia hii quidem non opinantur esse aliquid talium, illi vero plura magis entia sempiterna, ut Plato species et mathematica duas substantias, tertiam vero sensibilium corporum substantiam. Speusippus vero plures substantias ab uno incohans, et principia cuiuslibet substantiae, aliud quidem numerorum, aliud magnitudinum, deinde animae; et hoc modo protendit substantias. Quidam vero species et numeros eandem habere naturam, alia vero habita, lineas et superficies, usque ad primam caeli substantiam et sensibilia. De his igitur quid dicitur bene aut non bene, et quae sunt substantiae, et utrum sunt quaedam praeter sensibiles aut non sunt, et hae quomodo sunt, et utrum est aliqua separabilis substantia et propter quid et quomodo, aut nulla praeter sensibiles, perscrutandum, deformantes primum quid substantia.

Dicitur autem substantia si non multipliciter, in quattuor maxime; etenim quod quid erat esse et universale et genus videtur substantia esse cuiuslibet, et quartum horum subiectum. Subiectum vero est de quo alia dicuntur, illud vero ipsum non adhuc de alio. Propter quod primum de hoc determinandum; maxime namque videtur esse substantia subiectum primum. Tale vero modo quodam materia dicitur, alio autem modo forma, tertio vero quod ex his. Dico autem materiam quidem ut aes, formam vero figuram speciei, quod autem ex his statuam totam. Quare si species materia prior et magis ens, et ipso quod ex utrisque prior erit propter eandem rationem. Nunc quidem igitur typo dictum est quid quidem est substantia, quia quod non de subiecto, sed de quo alia. Oportet autem non solum sic, non enim sufficiens; ipsum enim hoc immanifestum, et adhuc materia fit substantia. Si enim non ipsa substantia, quae est alia diffugit. Aliis enim circumablatis nihil apparet remanens. Nam alia quidem corporum sunt passiones et factiones et potentiae, longitudo et latitudo et profunditas quantitates quaedam sunt, sed non substantiae. Quantitas enim non substantia, sed magis cui insunt haec primum, illa substantia. At vero ablata longitudine et latitudine et profunditate nihil videmus remanens nisi si quid est determinatum ab his. Quare materiam necesse videri solam substantiam sic considerantibus. Dico autem materiam quae secundum se neque quid neque quantitas neque aliud aliquid dicitur quibus ens determinatum. Est enim aliquid de quo praedicatur horum quodlibet, cui est esse alterum et categoriarum unicuique; nam alia de substantia praedicantur, haec vero de materia. Quare ultimum secundum se neque quid neque quantitas neque aliud aliquid est; nec utique negationes. Etenim hae erunt secundum accidens. Ex his quidem speculantibus accidit substantiam esse materiam; sed impossibile. Etenim separabile et hoc aliquid videntur inesse maxime substantiae. Quapropter species et quod ex ambobus substantia videbitur esse magis quam materia. Eam quidem igitur quae ex ambobus substantiam, dico autem eam quae ex materia et forma, dimittendum; posterior enim et manifesta. Est autem aliqualiter et materia manifesta. De tertia vero perscrutandum; haec enim maxime dubitabilis. Confitentur autem substantiae esse sensibilium quasdam, quare in his quaerendum primum. Cum autem in principio divisimus quibus determinamus substantiam, et horum unum videbatur esse quod quid erat esse, speculandum de ipso est. Prae opere enim ad transsumendum ad notius est disciplina. Enim fit omnibus per minus nota naturae ad nota magis

et hoc opus est. Quemadmodum in actibus facere ex
uniuscuiusque bonis totaliter bona unicuique, sic
ex ipsis notioribus que nature notiora ipsi
nota. Que autem singulis nota et prima multo-
tiens debiliter nota et parum aut nihil entis
habent. Sed tamen ex male quidem notis, ipsis autem notis,
tota nota noscere temp-
tandum, procedentes sicut dictum est per hec ipsa.

Et primo dicemus quedam de eo logice quia
est quod quid erat esse uniuscuiusque quod dicitur secundum se. Non enim est
tibi esse musico esse; non enim secundum te ipsum es musicus. Quod
ergo secundum te ipsum. Sed nec hoc totum. Non enim ita
secundum se ut superficiei album esse. At vero neque
quod ex utrisque superficiei albe esse. Quare quia adest
hoc ipsum. In qua ergo non inerit ratione ipsum dicente
ipsum, hec ratio eius quod erat esse singulis.
Quare si superficiei albe esse est superficiei esse levi,
albo et levi esse idem est et unum. Quoniam vero
sunt secundum alias cathegorias composita
[illegible]. Est enim aliquod subiectum unicuique ut quali et quanto
et quando et ubi et motui, perscrutandum ergo si est ratio
ipsius quod erat esse unicuique ipsorum et inest ipsis, ut
quod erat esse ut albo homini quod erat albo
homini. Sit itaque nomen ipsi vestis. Quid est
vesti esse? At vero nec secundum se dictorum nec hoc.
Ipsum non secundum se dicitur dupliciter, et huius hoc quidem ex
additione, illud vero non. Hoc quidem enim eo quod ipsum
addi dicitur quod diffinitur, ut si albo esse dif-
finiens dicat albi hominis rationem. Hoc
Aliud autem eo quod aliud ipsi, ut si significat vestis album
hominem, diffiniat vestem ut album. Albus
itaque homo est quidem album, non tamen quod erat
esse albo esse, sed vesti esse. Ergo est quod erat esse
quid aut totaliter aut non? Quod quidem enim quid
quod erat esse, id quod aliquid erat esse. Quando vero
Aliud de alio dicitur non est quod hoc aliquid, ut albus
homo non est quod vere hoc aliquid, siquidem quale
hoc solis est substantiis. Quare quod erat esse est quo-
rumque ratio est diffinitio. Diffinitio vero est non si
nomen rationi idem significet. Omnes enim erunt rationes
termini; erit enim nomen quodlibet rationi idem. Quare et
ratio Ilias diffinitio erit. Sed si primi alicuius
fuerit. Talia vero sunt quecumque dicuntur non
eo quod aliud de alio dicatur. Non erit ergo nulli
non generis speciebus existentium quod erat esse, sed hiis
solum. Hec namque videntur non secundum participationem
dici et passionem nec ut accidens.

Sed ratio quidem erit cuiuslibet et aliorum quidem,
significet si est nomen, quia hoc huic inest, aut
pro sermone simplici certior. Diffinitio vero
non erit, nec quod erat esse. Aut et diffinitio
sicut et quod quid est multipliciter dicitur? Et enim quod quid est uno quidem modo significat substantiam
et hoc aliquid. Alio vero quodlibet predica-
mentorum, quantitatem et qualitatem et
alia quecumque talia. Sicut enim et est existit
in omnibus, sed non similiter, sed huic quidem primum,
illis vero consequenter, ita et quod quid est simpliciter quidem
substantie, aliis vero aliquo modo. Etenim qualitatem di-
cemus utique quid est; quare et qualitas eorum
que quid sunt, sed non simpliciter, sed sicut de non ente
logice dicunt quidam esse non ens, non simpliciter
sed non ens, sic et qualitatem. Oportet quidem igitur inten-
dere et quomodo oportet dicere circa unumquodque, non
tamen magis quam quomodo se habet. Quapropter et nunc quoniam
quod dicitur manifestum, et quod erat esse similiter inerit primum quidem
et simpliciter substantie, deinde aliis, quemadmodum et quid
est, non simpliciter quod erat esse, sed qualitati aut
quantitati quod erat esse. Oportet enim aut equivoce
hec dicere entia aut addentes aut auf-
ferentes, quemadmodum et quod non scibile scibile.
Quoniam hoc rectum est neque equivoce dicere neque
eodem modo, sed quemadmodum medicinale eo quod
ad idem quidem et unum, non idem autem et u-
num, non tamen neque equivoce. Nec enim medicinale
dicitur corpus et opus et vas dicitur
neque equivoce nec secundum unum, sed ad unum. Sed hec quidem quo-
modo quis velit dicere differt nihil; illud
autem palam quia diffinitio primo et simpliciter diffinitio
et quod erat esse substantiarum est. Et non solum, sed et
aliorum similiter est, verumptamen non primo. Non
enim necesse, si hoc ponimus, diffinitionem
huius esse quod utique rationi idem significet, sed alicui
rationi; hoc autem si unius, non eo quod con-
tinuum ut Ilias aut quecumque colliguntur, sed si

VI

VII

quotiens dicitur unum. nunc vero dicitur sicut ens
ens. ens autem hoc quidem hoc dicitur, aliud vero
quantitatem aliud qualitatem. quare quam erit al-
bi hominis ratio et diffinitio, aliud vero et
albi et albedinis. Habet autem dubitationem si quis non
dicat diffinitionem non esse ex additione rationem, cuius erit
diffinitio non esse eorum non simplicium sed
copulatorum; ex additione enim necesse palam facere.
dico autem ut est nasus et concavitas et si-
mitas, quod ex duobus dicitur eo quod hoc in hoc,
hoc in hoc, et non secundum accidens neque concavitas
neque simitas passio nasi sed per se; nec ut
album Calliae aut homini, quia Callias
albus cui accidit hominem esse, sed ut mascu-
linum animali non accidit et quantitati
equale et omnia quaecumque per se dicuntur
existere, quae insunt in quibus existit aut
ratio aut nomen cuius est haec passio, et non contingit
ostendere separatim, sicut album quidem, sed non femi-
ninum sine animali. quare quod quid erat esse et diffinitio
aut non est aut nullius, aut si est, aliter quemadmo-
dum diximus. Est autem et altera dubitatio
de eis. si enim idem simus et nasus concavus,
erit idem simum et concavum. si vero non, quia im-
possibile est dicere simum sine re cuius est per se pas-
sio; est enim simum concavitas in naso.
nasum simum dicere aut non est aut bis
idem erit, nasus concavus nasus; nasus enim si-
mus nasus nasus concavus erit. propter quod
inconveniens est talibus existere quod quid erat esse.
si autem non, in infinitum vadit; naso namque
naso simo adhuc aliud inerit. palam igitur quia
solius substantiae est diffinitio. si enim et aliarum ca-
thegoriarum, necesse est ex additione esse, ut qualita-
tis et imparis; non enim sine numero, neque
est femininum sine animali. ex additione vero
dico in quibus accidit idem bis dicere, ut in his. si vero
hoc verum, nec copulatorum erit, ut numeri
imparis. Sed latet quia non certe dicuntur
rationes. si vero sunt et horum termini, aut
alio modo sunt aut quemadmodum dictum est, multipliciter
dicere esse diffinitionem et quod quid erat esse. quare sic

bis dicere

quidem nullius erit diffinitio nec quod quid erat
esse alicui inerit nec substantiis sic autem
erit. quod quidem quia diffinitio quae ipsius quod
erat esse ratio, et quod quid erat esse aut solum illarum
est aut maxime et primum et simpliciter palam.
Utrum autem idem est aut alterum quod
quid erat esse et unumquodque perscrutandum est. est e-
nim aliquid ad propositum quod de substantia perscrutamur. sin-
gulum enim non aliud videtur esse a sua sub-
stantia, et quod quid erat esse dicitur singuli substantia. in
dictis quidem igitur secundum accidens videbuntur diversa
esse, ut albus homo alterum et albo homini esse.
si enim idem, et homini esse et albo homini esse
idem; idem enim homo et albus homo ut dicunt. quare et al-
bo homini esse et homini. aut non ne-
cesse quaecumque secundum accidens esse eadem; non
enim similiter extremitates fiunt eaedem. sed for-
san illud videbitur accidere extremitates
fieri easdem secundum accidens, ut albo esse et musico.
videtur autem non. In his que secundum se semper necesse idem esse, ut
si quae sunt substantiae quibus alterae non sunt sub-
stantiae nec naturae priores, quales dicunt
ideas esse quidam. si enim erit alterum ipsum bo-
num et quod bono esse, et animal et quod animali esse, et
quod animali esse et ens et quod enti esse, erunt
aliae substantiae et naturae et ideae praeter dictas, et priores
substantiae illae, si quod quid erat esse substantia est. Et si quidem
absolutae ab invicem, harum quidem non
erit scientia, hae autem non entia erunt. dico
autem absolutum si nec bono ipsi existit
esse bono, nec huic esse bonum. scientia enim
uniuscuiusque hoc, quando quod quid erat esse illi et bono
et in bono et aliis similiter se habet. quare si nec
bono esse bonum, et quod enti esse nec quod
uni unum. similiter autem omnia sunt aut
nullum quod quid erat esse. quare si nec quod en-
ti ens, nec aliorum nullum. amplius cui
non inest bono esse non bonum. necesse
ergo unum esse bonum et bono esse,
et bonum et bono esse, quae non secundum alterum dicun-
tur sed prima et per se. et enim hoc sufficiens
si existit, etsi non sunt species, magis

forsan et si sunt species. Simul autem palam
quia si sunt ydee quales quidam dicunt, non
erit subiectum substantia. Has enim substantias esse necesse,
non de subiecto autem; erunt enim per participatio-
nem. Ex hiis itaque rationibus unum et idem
non per accidens ipsum unumquodque et quod quid erat esse,
et quia scire unumquodque hoc est quod quid erat esse
scire. Quare per expositionem necesse unum aliquid esse am-
bo per ambo. Secundum accidens vero dictum,
ut musicum aut album, propter duplex
significare non verum dicere quia idem quod quid
erat esse et ipsum; et enim cui accidit et ac-
cidens album; quare est quidem ut idem, est autem ut
non idem quod quid erat esse et ipsum. Homini namque
et albo homini non idem, sed ~~passio~~. Ab-
surdum vero apparebit et si quis uni-
cuique nomen imposuit eorum que quid erat
esse. Erit enim et preter illud aliud, ut ei quod quid erat
esse equo ipsi alterum quod quid erat esse eq
alterum. Et quid prohibet nunc esse quedam sta-
tim quod quid erat esse, si quidem substantia quod quid erat esse?
At vero non solum unum, sed et ratio eadem
ipsorum sicut palam ex dictis; non enim per ac-
cidens unum quod unum esse et unum. Am-
plius si aliud erit, in infinitum erunt: hoc
quidem erit quod quid erat esse unius, illud vero
unum; quare et in illis erit eadem ratio.
Quod quidem igitur in primis et per se dictis u-
numquodque esse et unumquodque idem et unum,
palam. Sophistici autem elenchi ad
positionem hanc palam quia eadem solutione
solvuntur, et si idem Socrates et Socrati esse;
non enim differt nec ex quibus interrogabit
utique nec ex quibus solvens fiet. Quomodo
quidem igitur quod quid erat esse idem et quomodo non idem unicuique,
dictum est.

Eorum autem que fiunt, hec quidem natu-
ra fiunt, hec autem ab arte, alia
casu. Omnia vero que fiunt ab aliquo
fiunt et ex aliquo et aliquid. Hoc autem aliquid di-
co secundum unamquamque cathegoriam; aut enim hoc
aut quantum aut quale aut ubi. Et
generationes quidem naturales hee sunt quarum
generatio ex natura; quod autem ex
quo fit, quam dicimus materiam;
hoc autem a quo, eorum que natura aliquid est;
hoc autem aliquid homo aut planta aut aliud
quid talium, que maxime dicimus substantias esse. Omnia
vero que fiunt aut natura aut arte
habent materiam; possibile enim esse et non
esse eorum quodlibet; hoc autem est que in unoquoque
materia. Universaliter vero et ex quo na-
tura et secundum quod natura; factum enim habet na-
turam, ut planta aut animal; et
a quo que secundum speciem dicta natura que eiusdem
speciei; hoc autem in alio; homo namque
hominem generat. Sic quidem igitur fiunt
que fiunt per naturam. Generationes vero
alie dicuntur factiones. Omnes autem facti-
ones sunt ab arte aut a potestate
aut a mente. Harum autem quedam fiunt
et a casu et a fortuna, quemadmodum et
illic; eadem enim et ex semine fiunt et sine
semine. De hiis quidem igitur posterius
perscrutandum. Ab arte vero fiunt quorum-
cumque species in anima. Speciem autem dico ad
quod quid erat esse uniuscuiusque et primam substantiam. Et-
enim contrariorum modo quodam eadem
species; privationis enim substantia que est
opposita, ut sanitas infirmitatis; il-
lius enim absentia ostenditur infir-
mitas. Sanitas autem que in anima ra-
tio et scientia. Fit itaque sanitas intelligen-
te ita: quoniam hec sanitas, necesse si sanum
erit hoc existere, puta regularitatem;
at si hoc, calorem; et ita semper intelligit
donec utique adducat in hoc quod ipse
valet ultimum facere. Deinde iam ab
hoc motus factivus vocatur ad sana-
dum. Quare accidit quodam modo ex sa-
nitate sanitatem fieri et domum ex
domo, sine materia materiam habentem; medi-
cinalis enim est et edificatoria species sanitatis
et domus. Dico autem substantiam sine ma-
teria quod quid erat esse. Generationum vero
et motuum hec quidem intelligentia vocatur.

Divisio

passioni autem idem

similiter non in factis artis

illa vero factio. Dico autem alteram quidem intelligentiam, alteram vero factionem; eam quidem quae a principio et specie, intelligentiam, eam vero quae ab ultimo intelligentiae, factionem. Similiter autem et in aliis mediis unumquodque fit. Dico autem ut si sanabitur, oportet adaequari. Quid igitur est adaequari? hoc autem est, si calefiat. Hoc vero quid est? hoc. Existit autem hoc potestate; hoc autem iam in ipso. Faciens itaque et unde incipit motus sanandi, si quidem ab arte, species est quae in anima; si autem a casu, ab hoc quodcumque faciendi est principium facienti ab arte, ut forsan in medendo fortassis a calefacere principium. Hoc autem facit fricatione. Calor itaque in corpore aut pars est sanitatis aut sequitur ipsum aliquid tale quod est pars sanitatis aut per plura. Hoc autem ultimum faciens, et quod ita pars est sanitatis, et domus ut lapides, et aliorum. Quare quemadmodum dicitur, impossibile fieri si nihil praeexistat. Quod quidem igitur partem ex necessitate existere palam. Materia namque pars; inest enim et fit haec. Sed ergo et eorum quae in ratione? Utrique autem modo dicimus aereos circulos quid sunt, et materiam dicentes quia aes, et speciem quia figura talis, et hoc est genus in quo primum ponitur. Aereus circulus habet in ratione materiam. Ex quo vero ut materia fiunt quaedam, dicuntur cum fiunt non illud sed illiusmodi, ut statua non lapis sed lapidea; homo vero qualescumque non dicitur illud. Causa autem quia fit ex privatione et subiecto quod dicimus materiam, ut et homo et laborans fit sanus. Magis tamen dicitur fieri ex privatione, ut ex laborante sanus quam ex homine. Quapropter laborans quidem sanus non dicitur, homo vero et homo sanus. Quorum vero privatio non manifesta et innominabilis, velut in aere figurae cuiuslibet aut in lateribus et lignis domus, ex his videtur fieri ut illic ex laborante. Quapropter sicut nec ibi ex quo hoc, nec hic dicitur statua lignum, sed producitur lignea, non lignum, et aerea non aes, sed lapidea non lapis, et domus lateritia sed non lateres. Quoniam si quis valde inspexerit, nec simpliciter dicet. Oportet enim permutatione fieri ex quo, sed non permanente. Propter hoc dicitur.

VII

Quoniam vero ab aliquo fit quod fit (dico autem hoc unde principium generationis est) et ex aliquo (sit autem non privatio hoc sed materia; iam enim distinctum est quomodo hoc dicimus) et fit aliquid (hoc autem aut sphaera aut circulus aut quodcumque evenit aliorum), quemadmodum nec subiectum facit aes, sic nec sphaeram, nisi secundum accidens quia aerea sphaera sphaera est, illam autem facit. Hoc ad facere ex totaliter subiecto facere est. Dico autem quia aes rotundum facere est non rotundum aut sphaeram facere, sed alterum quid, ut speciem hanc in alio. Quod si facit, ex aliquo faciet alio; hoc enim subiciebatur, ut facere aeream sphaeram. Hoc autem ita quia ex hoc quod est aes hoc facit quod est sphaera. Si igitur et hoc facit ipsum, palam quia faciet similiter, et abibunt generationes in infinitum. Palam igitur quia nec species, aut quodcumque oportet vocare in sensibili formam, non fit, nec est eius generatio, nec quod quid erat esse. Hoc enim est quod in alio fit aut ab arte aut a natura aut potentia. Aeream autem esse sphaeram facit; nam ex aere et sphaera; nam in hoc facit speciem, et est hoc sphaera aerea. Hoc autem sphaerae esse eius vero quod est sphaerae esse? Omnino si est generatio, ex aliquo aliquid erit. Oportet enim divisibile esse semper quod fit, et esse hoc quidem hoc, hoc vero hoc; dico autem quia hoc quidem materiam, hoc vero speciem. Si igitur est sphaera quae ex medio figura aequalis, huius hoc quidem in quo quod facit, hoc autem in illo, omne vero quod fit, ut aerea sphaera. Palam igitur ex dictis quia quod ut species aut substantia dicitur non fit, synodus autem quae secundum hanc dicitur fit, et quia in omni genito materia inest, et est hoc quidem hoc, hoc vero hoc. Utrum igitur est aliqua sphaera praeter has aut domus praeter lateres? Aut si sic esset, numquam fieret hoc aliquid, sed hoc quale significat, et non hoc et determinatum, sed facit et generat ex hoc tale, et cum generatum fuerit, est hoc tale. Hoc autem omne Callias aut Socrates est quemadmodum sphaera aerea haec; homo vero et animal quemadmodum sphaera aerea totaliter. Manifestum igitur quia specierum causa, ut consueverunt quidam dicere species, si sunt aliquae praeter singularia, ad generationes et substantias nihil

univoce. Hic itaque erunt ipso hoc modo secundum se. Quandoque vero eadem materia quod generans tale quidem est quale generatum, non tamen idem nec idem numero sed specie ut in physicis homo namque hominem generat, nisi quid praeter naturam fiat ut equus mulum. Et haec quoque similiter. Quod enim commune est equi et asini non nominatur proximum genus. Est autem ambo forsan velut mulus. Quare palam quod nihil oportet exemplar praeparare, maxime non utique in his exquireret. Satis enim generans facere et causam speciei esse in materia. Omne vero iam tale species in his carnibus et ossibus Callias et Socrates, et diversa quidem propter materiam, diversa namque; idem vero specie, individua enim species. Dubitabit autem aliquis quare alia fiunt ab arte et a casu ut sanitas, alia non ut domus. Causa vero est quia horum quidem materia incipiens generationis in faciendo et fieri aliquod eorum quae ab arte, in qua existit aliqua pars rei, haec quidem est talis quae moveri ab ea, illa vero non. Et huius haec quidem talis quae moveri sic potens, haec autem impotens. Multa namque possunt quidem ab ipsis moveri sed non sic ut saltare. Quorum igitur talis est materia ut lapides impossibile sic moveri nisi ab alio, sic tamen utique; et ignis ipso hoc. Propter quod haec quidem non erunt sine habente artem, haec autem erunt. Ab his enim movebuntur non habentibus artem moveri potentibus eis aut ab aliis non habentibus artem aut ex parte. Palam vero ex dictis quia similiter uno modo quodam omnia fiunt ex univoco ut naturalia, aut ex parte univoco ut domus ex domo aut ab intellectu, ars enim species, aut ex parte aut habente aliquam partem, nisi secundum accidens fiat. Causa namque faciendi prima per se pars. Calor namque in motu calorem in corpore facit. Iste vero aut sanitas aut pars aut sequitur eum pars aliqua sanitatis aut calor. Ipsa quidem propter quod dicitur facere, quia illud facit sanitatem cui consequitur et accidit calor. Quare quemadmodum in syllogismis omnium principium substantia,

nam ex quid est syllogismi sunt et hic generationes. Similiter autem habent et quae natura constituta sunt. Nam sperma facit sicut quae ab arte habent. Nam potentia habet speciem et a quo sperma est aliqualiter univocum. Non enim omnia sic oportet quaerere ut ex homine homo, et non femina ex viro; unde mulus non ex mulo, sed si non orbatio fuerit. Quaecumque autem a casu fiunt, ibi sicut quorumcumque materia potest a seipsa moveri hoc motu quo sperma movet. Quorumcumque vero non, ea impossibilia sunt fieri aliter quam ex ipsis. Non solum autem de substantia dicit ratio non fieri speciem, sed de omnibus similiter primis communis ratio, ut quantitate et qualitate et aliis cathegoriis. Fit enim ut quale sed non quale, lignum aut quantum sed quantum lignum aut animal. Sed accipere est ex his quia necesse est praeexistere semper alteram substantiam actu existentem quae facit, ut animal si fit animal. Quale vero aut quantum non necessarium nisi potentia solum.

Quoniam vero diffinitio ratio est et omnis ratio partes habet, ut autem ratio ad rem, sic et pars rationis ad partem rei, similiter dubitatur iam an oportet partium rationem esse in totius ratione aut non. In quibusdam enim videntur esse, in quibusdam non. Nam circuli ratio non habet eam quae sectionum, quae autem syllabae habet eam quae elementorum; et tamen dividitur circulus in sectiones ut syllaba in elementa. Amplius si priores partes toto, et recti acutus pars et digitus hominis, prior erit acutus recto et digitus homine. Videntur autem illa esse priora secundum rationem, nam dicuntur ex illis; et esse priora secundum rationem, nam dicuntur ex illis et esse sine se invicem priora. Aut multipliciter dicitur pars, quarum unus quidem modus quae mensurat secundum quantitatem. Sed hoc quidem dimittatur; ex quibus vero est substantia ut ex partibus perscrutandum. Si igitur est hoc quidem materia, illud vero species, aliud ex his, et substantia et materia et species et quod ex his, est ut materia dicatur, est autem ut non sed ex qua

speciei ratio ut concavitatis non est pars caro, hec namque materia in qua fit, simitatis vero quedam pars est. Et es quidem statue pars est ut composite, ut speciei vero dicte statue non. Dicendum namque speciem et secundum quod habet speciem unumquodque, materiale vero numquam secundum se est dicendum. Quapropter circuli ratio non habet eam que sectionum, sillabe vero habet eam que elementorum; nam elementa rationis partes sunt speciei et non materia, sectiones vero huius sic partes ut materia in quibus fiunt; propinquius tamen speciei quam es quando in ere fit rotunditas. Est autem ut neque elementa omnia sillabe in ratione inerunt, ut hec cerea aut que sunt in aere; iam enim et hec pars sillabe quam materia sensibilis. Et enim linea non si divisa in medietates corrumpitur, aut homo in ossa et nervos et carnes, propter hoc et sunt ex hiis sic ut entibus esse partibus, sed ut ex materia, et eius quidem simul totius partes, speciei vero et cuius est ratio non adhuc. Quapropter nec in rationibus. Horum quidem igitur erit talium partium ratio, horum vero non oportet inesse nisi sit simul sumpti; nam propter hoc quedam ex hiis ut principiis sunt in que corrumpuntur, quedam vero non sunt. Quecumque quidem igitur simul sumpta species et materia sunt, ut simum aut ereus circulus, hec quidem corrumpuntur in hec, et pars ipsorum materia; quecumque vero non concipiuntur cum materia sed sine materia, ut rationes speciei solum, hec non corrumpuntur aut omnino aut taliter non. Quare illorum quidem principia et partes que sunt hec ipsa; speciei vero nec partes nec principia hec. Et propter hoc corrumpitur lutea statua in lutum, et spera enea in es, et Callias in carnem et ossa. Adhuc et circulus in sectiones; est enim aliquis qui concipitur cum materia; equivoce namque dicitur circulus qui simpliciter dicitur et singulus, propter non esse proprium nomen singularium. Dictum est quidem igitur et nunc verum, tamen amplius manifestius dicamus repetentes. Namque quecumque sunt rationis partes et in quas dividitur ratio, hee sunt priores aut omnes aut quedam. Recti vero ratio non dividitur in acuti rationem, sed que acuti in recti; utitur enim diffiniens acutum recto; minor enim recto acutus. Similiter autem et circulus et semicirculus se habent; semicirculus namque circulo diffinitur, et digitus toto; tale enim hominis pars digitus. Quare quecumque sunt partes ut materia et in quas dividitur ut in materiam, posteriora; quecumque vero ut rationis et substantie secundum rationem, priora aut omnia aut quedam. Quoniam vero animalium anima, hec enim substantia animati, que secundum rationem substantia et species et quid erat esse tali corpori (unamquamque enim partem si diffiniet bene, non sine opere diffiniet, quod non existet sine sensu), quare huius partes priores aut omnes aut quedam simul toto animali, et secundum unumquodque similiter; corpus vero et huius partes posteriores sunt hac substantia, et dividitur in hec ut in materiam non substantia, sed simul totum. Ergo simul toto priora hec est ut sunt, est autem ut non; neque enim possunt esse separata; non enim qualitercumque modo se habens digitus, sed equivoce qui mortuus. Quedam vero simul, quecumque principalia et in quo prima ratio et substantia, puta si hoc cor aut cerebrum; nihil enim differt utrum tale. Homo autem et equus et que ita in singularibus, universaliter vero, non sunt substantia, sed simul totum quoddam ex hac materia et hac ratione ut universaliter; singulare vero ex ultima Socrates iam est, et in aliis similiter. Pars quidem igitur est et speciei (speciem autem dico quod quid erat esse) et simul totius eius quod ex specie et materia ipsa. Sed rationis partes que speciei solum, ratio vero universalis est; circulo namque esse et circulus, et anime esse et anima idem. Simul totius autem iam, puta circuli huius et singularium alicuius aut sensibilis aut intellectualis (intellectuales autem dico ut mathematicos, et sensibiles ut ereos et ligneos), horum autem non est diffinitio, sed cum intelligentia aut sensu cognoscuntur; abeuntes vero ex actu non palam utrum quidem sunt aut non sunt, sed semper dicuntur

et cognoscuntur unum secundum rationem. Iam autem quedam ignota per
se. Iam vero alia sensibilia alia intellectualia.
Sensibile quidem ut es et lignum et quecumque mota
intellectuale vero que in sensibus existunt in quantum non sen-
sibilia ut mathematica. Quomodo quidem igitur de toto et
parte et priore et posteriore dictum est. Interrogaverunt
autem necesse quando aliquis interrogat utrum rectus et
circulus et animal prius aut in quas dividuntur
et ex quibus sunt partes que non sunt species. Si
quidem enim est et anima animal ut animatum aut u-
numquodque autem unumquodque et circulus quod circulo esse et
rectus quod recto esse et substantia recti quod quidem quid
est priorius putabitur quam in ratione et quam recto
Est enim forma quidem quam iam est eneus rectus et
qui in lineis singularibus sed quam eius iam unius
quidem quam in ratione posterior est. Vero quod in singulari-
bus partibus prior. Simpliciter autem non dicitur. Si autem alia
vero et non est anima animal et sic sed quidem dicitur hoc
autem non dicitur sic dictum est. Dubitatur autem meri-
to que speciei sunt partes et que non sed sunt simul
enim sed enim non manifestato erit non est diffi-
nire unumquodque. Universale enim et speciei est diffinitio.
Que igitur sunt partum ut materia et que non ut enim
non sunt manifeste neque res erit manifesta
autem rei. Quecumque quidem videntur fieri in diversis specie
~~ut circulus specie~~ ut circulus in ere et lapide
et ligno sed quedam manifesta videntur quia
nec circuli substantia est neque lapis quia separari. Que-
cumque vero non videntur separata nichil prohibet si-
militer habere ut si circuli omnes viderentur
enei. Erit enim nichilominus eris species
sed autem auferre mente est difficile ut
hominis species semper in carnibus ap-
paret et ossibus et talibus partibus
utrum quidem et sunt partes huius speciei
et rationis aut non sed materia sed quia
non in aliis fiunt non possumus se-
parare. Quoniam autem hoc videtur contingere
in quantum autem quando dubitant iam et in circulo
et triangulo quia non sit conveniens lineis
diffiniri et continuo sed omnia sunt dici
ac sicut carnes et ossa hominis et es et la-
pis circuli et referunt omnes ad nu-
meros et linee rationem esse que dualitatis esse
dicunt. Et ydeas dicentium hii quidem
ipsam lineam dualitatem hii autem speciem li-
nee. Alia quidem enim esse eandem speciem et cuius species
ut dualitatem et speciem dualitatis in
linea vero non adhuc. Accidit itaque
unum multorum esse speciem quorum species videtur
esse altera quod et pitagoricis accidit et
quia unum omnia facere per se ipsum speciem. Alia
vero non species quamvis sic unum omnia
erunt. Quia quidem igitur habent dubitationem que circa
que sunt et diffinitiones et propter quam causam dictum est.
Quare omnia reducere ita et auferre ma-
teriam superfluum. Quedam enim forsan sunt in ipso
sunt aut sic habentia. Et parabola de ani-
mali quam consuevit socrates iunior dicere non
bene se habet. Abducit enim ab veritate et facit
suspicari quia contingens sit hominem
esse sine partibus sicut sine ere circulus. Non sed
hoc non simile. Sensibile namque aliquid for-
san animal et sine motu non est diffinire. Quare
nec partibus se habentibus qualitercumque. Non
enim omnino modo hominis est pars manus
sed potens opus perficere quare animata.
Non animata vero non pars. Circa mathematica au-
tem quare non sunt partes rationes rationum
ut circuli semicirculi. Non enim sunt sen-
sibilia. Hoc autem nichil differt. Erunt enim
materia quorundam et non sensibili-
um. Et omnis quod non est quod quid erat
esse et species eadem per se sed hoc aliquid.
Circuli quidem igitur non erit universalis au-
tem singularium vero erunt
partes hee sicut dictum est prius. Est enim hic
sed quidem sensibilis sed autem intellectu-
alis. Palam autem et quia anima quidem
substantia prima. Corpus autem materia. Homo
vero aut animal quod est ex utrisque ut
universale. Ut socrates autem et choriscus

si quid anima sit. Alii namque ut animam, alii vero ut totum. Si vero simpliciter et anima hec et corpus hoc, ut et universale et singulare. Utrum autem est preter materiam talium aliqua alia, et oportet querere substantiam quandam alteram ut numeros aut aliquid tale, perscrutandum est posterius. Huius enim gratia et de sensibilibus substantiis temptamus distinguere, quoniam modo quodam physice et secunde philosophie opus est sensibiles substantias speculari; non enim solum de materia oportet scire physicum, sed et de ea que secundum rationem, et magis. In diffinitionibus vero quomodo partes que in ratione, et quare una ratio diffinitio — palam enim quia una res; res autem qua una partes habens — speculandum posterius. Quid quidem igitur est quod quid erat esse et quomodo ipsum per se, de omni dictum est universaliter, et quare horum quidem ratio ipsius quod quid erat esse habet partes diffinitas, horum autem non; et quia in substantie ratione que sic partes ut materia non inerunt; nec enim sunt illius partes substantie sed totius; huius autem est et non est ratio; nam cum materia non est, indeterminatum enim; secundum primam vero substantiam est, ut hominis que anime ratio; substantia namque est species que inest, ex qua et materia tota dicitur substantia, ut concavitas; nam ex hac et naso simus nasus et simitas est; bis enim in his inerit nasus; in tota vero substantia, ut naso simo aut Callia, inerit et materia; et quia quod quid erat esse et unumquodque in quibusdam idem, ut in primis substantiis, ut curvitas et curvitati esse, si prima. Dico autem primam que non dicitur per alterum in alio esse et subiecto ut materia. Quecumque vero ut materia aut ut concepta cum materia, non idem; nec secundum accidens unum, ut Socrates et musicum; hec enim secundum accidens eadem.

Nunc autem dicamus primum in quantum in analeticis de diffinitione non dictum est; in illis enim dubitatio dicta pro opere rationibus de substantia. Dico autem hanc dubitationem, propter quid quidem unum est cuius rationem diffinitionem esse dicimus, ut animal bipes. Sit enim hoc ipsius ratio. Propter quid igitur hoc unum est, sed non multa, animal et bipes? In hoc namque homo et album multa quidem sunt cum alterum non insit alteri, unum vero quando inest et patitur aliquid subiectum homo; tunc enim unum fit et est album homo. Hic autem non participat alterum altero; genus enim non videtur participare differentiis, nam simul idem participaret contrariis; differentie enim contrarie sunt quibus differt genus. Si vero participat, eadem ratio, si sunt differentie plures, ut gressibile bipes non alatum. Quare namque unum et non multa? Non enim quia insunt; nam sic ex omnibus unum erit. Oportet autem unum esse quecumque in diffinitione; diffinitio enim ratio quedam est una et substantie, quare unius alicuius oportet ipsam esse rationem, et enim substantia unum et hoc aliquid significat, ut dicimus. Oportet namque attendere primum de hiis que secundum divisiones diffinitionibus. Nichil enim aliud est in diffinitione quam primum dictum genus et differentie. Alia vero genera sunt primum et cum hoc comprehense differentie, ut primum animal, habitum vero animal bipes, et iterum animal bipes non alatum. Similiter autem et si per plura dicitur. Omnino vero nichil differt per plura aut per pauca dici; quare nec per pauca aut per duo. Duorum vero hoc quidem differentia, illud vero genus, ut eius quod animal bipes animal quidem genus, differentia autem alterum. Si igitur genus simpliciter non est preter eas que ut generis species, aut si est quidem, ut materia autem est (vox enim genus et materia, differentie vero species et elementa ex hac faciunt), palam quia diffinitio est ex differentiis ratio. At vero et oportet dividere differentie differentiam, ut animalis differentia pedalitas; iterum animalis habentis pedes differentiam oportet scire in quantum habens pedes. Quare non est dicendum habentis pedes aliud alatum, aliud non alatum, si quis

bene. Debet et si secundum non posse faciet. sed si ad fissis ad non fissis pede. hee namque sunt differentie pedis. nam fissio pedis pedalitas quedam est. et sic semper vult procedere donec utique veniat ad non differentia. tunc quidem erunt tot species pedis quot differentie et pedes animalia numero et equalia differentiis. Si itaque sic se habent, palam quod finalis differentia substantia erit et diffinitio, si non oportet multotiens eadem dicere in terminis superfluum. nam accidit autem sic. nam qui dicit animal pedes duos pedes habens, nihil aliud dixit quam animal pedes habens duos pedes habens. et si hoc dividat propria divisione multotiens dicet et equaliter differentiis. Si quidem igitur differentie differentia fiat, una erit que finalis species et substantia. Si vero secundum accidens, ut si dividat eius quod est pedes habens, hoc quidem album hoc autem nigrum, tot quot utique sectiones fuerint. Quare palam quod diffinitio ratio que est ex differentiis et harum ex finali secundum rectum. Palam autem erit si quis transordinet tales diffinitiones, ut eam que hominis, dicens animal bipes pedes habens; superfluum enim pedes habens dicto bipede. Ordo autem non est in substantia. Quomodo tamen oportet intelligere hoc quidem posterius illud vero prius? De diffinitionibus quidem que secundum divisiones tot dicantur primum qualesque sunt.

Quoniam vero de substantia perscrutatio est, iterum redeamus. Dicitur autem sicut subiectum substantia esse, et quod quid erat esse, et quod ex hiis, et universale. De duobus quidem dictum est; etenim de quod quid erat esse et de subiecto, quia dupliciter subicitur: aut hoc aliquid ens ut animal passionibus, aut ut materia actui. Videtur autem et universale causa quibusdam maxime esse et esse principium universale. unde de hoc tractemus. Videtur enim impossibile esse substantiam esse quodcumque universaliter dictorum. Primum enim substantia que unicuique propria que non alii. universale vero com-

mune; hoc enim dicitur universale quod pluribus inesse natum est. Cuius ergo substantia hoc erit? aut enim omnium aut nullius. omnium vero non possibile. unius autem si erit, et alia hoc erunt; quorum enim una substantia et quod quid erat esse unum et ipsa unum. Amplius substantia dicitur quod non de subiecto, universale vero de subiecto aliquo dicitur semper. Sed an sic quidem non contingit ut quod quid erat esse, in ipso autem inexistit, ut animal in homine et equo? Palam quia quedam ipsius est ratio. Differt autem nihil nec si non omnium ratio est eorum que sunt in substantia. nihil enim minus substantia erit hoc alicuius, ut homo hominis in quo existit. Quare idem accidet iterum: erit enim illius substantia ut species existit. Amplius et impossibile et inconveniens hoc et substantiam si est ex aliquibus, non ex substantiis esse neque ex eo quod hoc aliquid, sed ex quali. prius enim non substantia et quale erit substantia et ipso hoc. quod est impossibile. nam neque ratione nec tempore nec generatione possibile passiones esse priores substantia; erunt enim separabiles. Amplius Socrati inerit substantia substantia, quare duorum erit substantia. Totaliter vero accidit, si est substantia homo et quecumque ita dicuntur, nihil eorum que in ratione esse nullius substantiam neque sine ipsis existere nec in altero. dico autem ut non esse quoddam animal preter aliqua, nec aliud eorum que in rationibus nullum. Ex hiis itaque speculantibus palam quia nullum universaliter existentium substantia, et quia nullum communiter predicatorum significat hoc aliquid, sed tale. Si autem non, alia quoque multa accidunt et tertius homo. Amplius autem et sic palam. Impossibile enim substantiam ex substantiis esse inexistentibus sic ut actu; duo namque sic actu numquam sunt unum actu, sed si potentia duo sunt, erunt unum, ut que dupla ex duobus dimidiis potentia; actus enim separat. Quare si substantia unum, non erit ex substantiis inexistentibus

VII

et secundum hunc modum quem Democritus dicit recte. Impossibile enim esse ex duobus unum aut ex uno duo fieri magnitudines indivisibiles substantias faciunt. Similiter autem et in numero palam habebit, si est numerus compositio unitatum sicut dicitur a quibusdam. Aut enim non unum dualitas, aut non est unitas in ipsa actu. Habet autem quod accidit dubitationem. Si enim ex universalibus possibile est esse nec unam substantiam quia actu esse, nec unam substantiam in composita, incomposita erit substantia omnis, quare nec ratio utique erit nullius substantie. At videtur omnibus et dudum est aut solum substantie esse terminum aut maxime. Nunc autem nec huius. Nullius ergo erit diffinitio aut quodammodo erit, aut quadam non. Manifestum autem erit quod dicitur ex posterioribus magis. Palam autem ex ipsis hiis accidens et ydeas dicentibus substantias et separabiles esse et simul speciem ex genere facientibus et differentiis. Si enim sunt species et animal in homine et equo, aut unum et idem numero est aut alterum. Nam ratione palam quia unum; eandem enim habebit rationem dicens in utroque. Si ergo est aliquis homo per se hoc aliquid et separatum, necesse et ex quibus ut animal et bipes hoc aliquid significare et esse separabilia et substantias. Quare et animal. Si quidem igitur idem et unum quod in equo et in homine sicut tu tibi ipsi, quomodo in separatis existentibus unum erit, et propter quid non et seorsum erit animal hoc? Deinde si quidem participabit bipede et multipede, impossibile aliquid accidit, contraria namque simul inerunt ipsi uni et huic enti. Si autem non, quis modus quando dicit utique animal esse bipes aut gressibile? Sed forsan componitur et copulatur aut miscetur. Verum omnia inconvenientia. Sed alterum in unoquoque. Infinita igitur erunt ut est dicere quorum substantia animal. Non enim secundum accidens ex animali homo. Amplius multa erit ipsum animal. Substantia enim que in unoquoque animal, non enim

de aliquo secundum aliquid dicitur. Si autem non, ex illo erit hoc et genus ipsius illud. Et amplius ydee omnia ex quibus homo. Quare non alterius aliquid erit ydea, alterius vero substantia; impossibile namque. Ipsum igitur animal erit unicuique eorum que in aliis. Amplius ex quo et hoc ex ipso animali, aut quomodo possibile est animal quod substantia ipsum preter ipsum animal. Amplius autem in sensibilibus hec accidunt et his absurdiora. Si itaque impossibile sic se habere, palam quia non est ydea ipsorum sic sicut quidam dicunt. Quoniam vero substantia altera et quod simul totum. Dico autem quia hec quidem sic est substantia ratio cum materia concepta, illa vero ratio totaliter. Quecumque ergo quidem sic dicuntur, horum quidem est corruptio, et enim generatio; rationis autem non est ita ut corrumpatur, neque enim generatio. Non enim fit domui esse, sed quod huic domui. Verum sine generatione et corruptione sunt et non sunt. Ostensum enim quia nullus hoc generat nec facit. Propter hoc autem et substantiarum sensibilium singularium nec diffinitio nec demonstratio est, quia habent materiam cuius natura talis est ut contingat esse et non esse. Propter quod corruptibilia omnia singularia ipsorum. Si ergo demonstratio necessariorum et diffinitio scientifica, et non contingit sicut nec scientiam quandoque scientiam quandoque ignorantiam esse, tale neque demonstrationem neque diffinitionem, sed opinio est contingentis aliter se habere, palam quia non utique erunt ipsorum nec diffinitio nec demonstratio. Non enim sunt manifesta corrupta scientiam habentibus cum a sensu abscesserint, et salvatis rationibus in anima eisdem non erit nec diffinitio.

Amplius nec demonstratio oportet eorum qui ad terminum quando aliquis diffiniat aliquid singularium non ignorare quia semper auferibile. Non enim contingit diffinire. Neque utique ydeam nullam est diffinire. Singularium enim ydea ut dicunt et separabilis est.

a h

ficium ex nominibus esse terminum nomen
autem non faciet diffiniens; ignotum
enim erit. Posita autem iam omnibus com-
munia necesse inesse et aliis; hoc ut si quis te dif-
finiat animal dicet gracile aut album
aut aliquid aliud quod in alio existit. Si quis autem di-
cat nichil prohibere separatim quidem omnia
multis, simul vero huic soli inesse, dicendum primum
quidem quia et ambobus, ut animal bipes
bipes animali et bipedi; et hoc in sem-
piternis quidem et necesse est priora esse
et partes compositi; quin immo
et separabilia, si homo autem separabile,
aut nullum aut ambo; si quidem igitur nullum,
non erit genus praeter species; si vero erit, et dif-
ferentia. Deinde quia priora ipso esse; hec
vero non contra auferentur. Deinde
autem si ex ydeis ydee, simpliciora enim com-
posita, ex quibus amplius de multis
oportebit et illa predicari ex quibus,
ut animal et bipes. Sin autem, quomodo
cognoscetur? Erit igitur ydea quedam quam
impossibile de pluribus predicari quam unum.
Videtur autem et omnis ydea esse participa-
bilis. Quemadmodum igitur dictum est, latet quia impossibile
diffinire in sempiternis, maxime quecumque
unica, ut sol et luna. Non solum enim peccant
addendo talium quibus abla-
tis adhuc erit sol, ut circa terram gi-
rans aut nocte absconditum; si enim
steterit aut apparuerit, non adhuc erit
sol; sed absurdum; sol enim substantiam
quandam significat. Amplius quecumque in alio contingit,
ut si alterum fiat tale, palam quia sol erit;
communis igitur ratio; sed erat singularium sol, ut
Cleon aut Socrates. Quare nullus
eorum terminum profert ydee; fient enim
utique manifesta temptantibus quia verum quod modo
dictum est. Manifestum autem quia existimatarum esse
substantiarum plurime potentie sunt, ut ipse
partes animalium. Nichil enim separatum ipso-
rum est; cum autem separata fuerint, et etiam
entia ut materia omnia, terra ignis et aer. Nullum enim ip-
sorum unum est, sed ut cumulus, antequam di-
gerantur et fiat aliquid ex ipsis unum. Ma-
xime autem utique aliquis animatorum suspi-
cabitur partes et que anime propinqua
ambas fieri entes actu et potentia, eo quod prin-
cipia habeant motus ab aliquo in iunctu-
ris; propter quod quedam animalia divisa vivunt.
Sed tamen potentia omnia erunt quando sunt unum
et continuum natura, sed non vi aut com-
plantatione; tale namque est orbatio. Quoniam vero
unum dicitur sicut et ens, et substantia unius una,
et quorum una numero, palam quia nec unum ne-
que ens contingit substantiam esse rerum, sicut nec elemento esse aut
principio; sed querimus quid igitur principium,
ut ad notius reducamus. Magis igitur substantia
ens et unum quam principium, elementum et
causa; horum vero nondum, si nec aliud commune nichil
substantia; nulli namque inest substantia nisi ipsi et
habenti ipsam cuius est substantia. Amplius quod unum
apud multa utique erit simul; quod autem com-
mune apud multa existit praeter singularia
separatim, sed species dicentes, hoc quidem
recte dicentes separantes eas, si substantie
sunt; illic autem non recte quia unam in multis
speciem dicunt. Causa vero quia non habent
reddere que tales incorruptibiles praeter
singulares et sensibiles. Ergo faciunt
easdem specie corruptibilibus; has enim scimus,
autohominem et autoequum, adden-
tes sensibilibus verbum. Quamvis utique
si non videremus astra, non minus
essent sempiterne substantie preter eas
quas nos videremus; quare et nunc si non habemus
que sunt, tamen esse quasdam necessarium. Quod
quidem igitur nec universalium dictorum ut substantia nec
nec substantiarum manifestum.

Quid oportet autem dicere et quale quid

illam eorum neque prius manifestam facientes dicere. Forsan namque ex his erit palam et de illa substantia quae est separata a sensibilibus substantiis. Quoniam ergo substantia principium et causa quaedam est, hinc est procedendum. Quaeritur autem ipsum propter quid semper sic: propter quid aliquid alicui inest. Nam quaerere propter quid musicus musicus homo est aut quod dictum est quaerere propter quid homo musicus musicus homo est aut aliud. Hoc quidem igitur propter quid ipsum est ipsum nihil est quaerere. Oportet namque ipsum quia et ipsum esse existere manifesta existentia. Dico autem ut quia luna patitur eclipsim. Ipsum vero quia ipsum una ratio et una causa in omnibus propter quid homo homo vel musicus musicus, nisi quis dicat quia indivisibile ad ipsum unumquodque. Hoc autem erat unum esse. Sed hoc commune de omnibus et quoddam breve. Quaeritur autem propter quid homo est animal tale. Hoc quidem igitur palam quia non quaerit quare qui est homo homo est. Aliquid igitur de aliquo quaerit propter quid existit. Quia vero existit manifestum oportet esse. Nam si non ita, nihil quaerit, ut propter quid tonat quia sonitus fit in nubibus. Aliud namque ita de alio est quod quaeritur. Et propter quid haec, puta lateres et lapides domus sunt. Palam igitur quia quaerit causam. Hoc autem est quod quid erat esse, ut est dicere logice. Quod in quibusdam quidem est cuius causa, ut forsan in domo aut lecto, in quibusdam vero quid movit primum; nam causa et hoc. Sed talis quidem causa in fieri quaeritur et corrumpi, altera vero et in esse. Latet autem maxime quod quaeritur in his quae non de aliis dicuntur, ut homo quid est quaeritur propter simpliciter dici, sed non diffinire quia haec aut haec. Oportet autem dearticulantes quaerere; si autem non, commune est eius quod nihil quaerere et quaerere aliquid fit. Quoniam vero oportet habere et existere ipsum esse, palam itaque quia quaerit materiam propter quid, ut domus haec propter quid quia haec existunt quod erat domui esse, et homo hic aut corpus hoc hoc habens. Quare causa quaeritur materiae. Hoc autem est species, quo aliquid est. Hoc autem substantia. Palam igitur quia in simplicibus non est quaestio neque doctrina, sed alter modus quaestionis talium. Quoniam vero ex aliquo compositum sic ut unum sit omne, sed non ut cumulus sed ut syllaba. Syllaba autem non est elementa, nec idem b et a, nec caro ignis et terra. Dissolutis namque quaedam haec non adhuc sunt, ut caro et syllaba; elementa vero sunt, et ignis et terra. Est igitur aliquid syllaba non solum elementa vocalis et consonans sed et alterum aliquid, et caro non solum ignis et terra aut calidum et frigidum sed et alterum aliquid. Si igitur necesse et illud aut elementum aut ex elementis esse, si quidem elementum, iterum eadem erit ratio; ex hoc namque et igne et terra erit caro et adhuc alio, quare in infinitum vadit. Si vero ex elemento, palam quia non uno sed pluribus, aut illud ipsum erit, quare rursus in hoc eandem dicemus rationem et in carne et syllaba. Videbitur autem utique esse aliquid hoc et elementum, et causa essendi hoc quidem carnem, illud vero syllabam. Similiter autem et in aliis. Substantia autem unicuique hoc; nam causa prima essendi. Quoniam vero quaedam non substantiae rerum, sed quaecumque substantiae secundum naturam et natura constitutae sunt, manifestabitur utique quibusdam haec natura substantia quae est non elementum sed principium. Principium. Elementum vero est in quod dividitur inexistens ut materiam, puta syllabae a et b.

VIII

Ex dictis itaque syllogizare oportet et colligentes capitulum finem imponere. Dictum est itaque quia substantiarum quaeruntur principia causae et elementa. Substantiae vero hae quidem confessae sunt ab omnibus, de quibusdam vero singulariter quidam enuntiaverunt. Confessae quidem physicae ut ignis terra et aqua et alia simplicia corpora, deinde plantae et partes earum. Singulariter vero ideas dicunt esse species et mathematica

aliqualiter accidere ex contrariis substantias esse et quod quid erat esse et quod subicitur. Amplius autem genus magis quam species et universale quam singularia. Universali et generi et ydee copulantur, nam secundum eandem rationem substantie videntur esse. Quoniam autem quod quid erat esse substantia, huius autem ratio diffinitio, propter hoc de diffinitione et de per se diffinitum est. Quoniam autem diffinitio ratio est, ratio autem partes habet, necesse et de parte erat considerare quales substantie partes habet et quales non, et si hee diffinitionem. Amplius autem nec universale substantiam nec genus. De ydeis et mathematicis posterius perscrutandum est. Nam preter sensibiles substantias quidam dicunt eas esse. Nunc autem de confessis substantiis tractabimus. Hee vero sensibiles. Sensibiles vero substantie omnes materiam habent.

Est autem substantia quod subicitur, aliter quidem ut materia. Materiam vero que non hoc aliquid ens actu, potestate vero hoc aliquid. Aliter vero et forma et ratio quod hoc aliquid ens ratione separabile est. Tertium vero quod est ex hiis, cuius solius generatio et corruptio est et separabile simpliciter. Nam secundum rationem substantiarum hee quidem separabiles, alie vero non. Quoniam vero et materia substantia, palam. Nam in omnibus oppositis mutationibus est aliquid quod subicitur mutationibus, ut puta secundum locum quod nunc hic iterum alibi, et secundum augmentum quod nunc quidem tantum, iterum minus aut maius, et secundum alterationem quod nunc quidem sanum, iterum laborans. Similiter autem et secundum substantiam quod nunc quidem in generatione, iterum in corruptione, et nunc quidem subicitur ut hoc aliquid, iterum autem quod subicitur sicut secundum privationem. Et hanc secundum privationem et hanc sequuntur secundum privationem alie mutationes, aliarum vero aut unam aut duas hanc non sequitur. Non enim necesse si quid materiam habet localem habere et generabilem et corruptibilem. Que quidem igitur differentia simpliciter fieri et non simpliciter in physicis dictum est. Quoniam autem que quidem ut subiectum et ut materia substantia confessa est, substantia confessa, hoc autem quod

hoc aliquid potestate reliquum est que ut actu sensibilium dicere que est. Democritus quidem igitur tres differentias putat esse. Nam subiectum corpus materiam unum et idem, differre autem aut rismo quod est figura, aut tropi quod est positio, aut diathigi quod est ordo. Videntur autem multe differentie esse, ut alia quidem compositione dicuntur materie, sicut quecumque mixtura, quemadmodum mellicratum; alia autem ligatione ut capitis ligatura; alia glutino ut liber; alia clavo ut archa; alia in pluribus horum. Alia positione ut liminare inferius et superius; hec enim in ponendo aliqualiter differunt. Alia tempore ut cena et prandium. Alia loco ut spiritus. Alia sensibilium passionibus ut duritie et mollitie et spissitudine et raritate et siccitate et humiditate. Hec quidem horum quibusdam, alia omnibus hiis, et omnino alia superhabundantia, alia defectu. Quare palam quia et le est totiens dicitur. Limes enim est quia ita ponitur, et esse est ipsum positum sic significat, et cristallum esse sic inspissare. Quorundam vero esse et omnibus hiis diffinietur, per hoc quod misceri, hoc autem temperari, alia vero ligari, alia inspissari, alia autem aliis differentiis uti, sicut manus aut pes. Sumenda quidem sunt genera differentiarum. Hec enim erunt principia essendi, ut que magis et minus aut spisso aut raro et aliis talibus. Omnia namque hec superhabundantia et defectus sunt. Si quid autem figura aut lenitate aut asperitate aut recto aut curvo, hiis autem esse erit misceri, opposite vero non esse. Palam itaque ex hiis quoniam si substantia que est causa essendi unumquodque, quod in hiis querendum que est causa essendi horum unumquodque. Substantia quidem igitur nec horum nullum nec copulatum, tamen proportionale in unoquoque. Et ut in substantiis quod de materia predicatur actus, et aliis diffinitionibus maxime, ut si limen oporteat diffinire, lignum aut

lapidem ita positum dicimus et domum lateres et ligna sic posita. Adhuc autem et quod cuius causa in quibusdam est. Si vero cristallum, aquam congelatam aut inspissatam ita; symphoniam autem acuti et gravis commixtionem talem. Eodem autem modo et in aliis. Palam itaque ex his quia actus alius alterius materie et ratio. Aliorum enim compositio, aliorum mixtio, aliorum quidem dictorum aliquid. Propter quod et diffinientium hii quidem dicentes quid est domus quia lateres lapides et ligna, potentia dicunt domum; materia namque hec. Illi vero hoc vas protectivum pecuniarum et corporum aut aliquid aliud tale addentes, actum dicunt. Illi autem ambo componentes tertiam que ex his substantiam. Videtur enim que quidem per differentias ratio speciei et actus esse, que vero ex inexistentibus materie magis. Similiter autem et quos Architas approbavit terminos; simul enim utriusque sunt. Ut quid est serenitas? quies in aeris pluritate; aer quidem materia, actus et substantia quies. Quid est tranquillitas? maris equalitas; subiectum quidem ut materia mare, actus autem et forma equalitas. Palam itaque ex dictis que sit sensibilis substantia et quomodo; hec quidem enim ut materia, illa vero ut forma et actus, tertia autem que ex his.

Oportet autem non ignorare quia aliquando latet utrum significet nomen compositam substantiam aut actum et formam, ut domus utrum signum commune quia cooperimentum ex lapidibus sic compositis, aut actus et species quia cooperimentum; et linea utrum dualitas et animal utrum anima in corpore aut anima; hec namque substantia et actus corporis alicuius. Erit autem utique et in utrisque animal non ut una ratione dictum, sed ut ad unum. Sed hec ad aliud quidem ad aliquid differunt, ad querendum vero sensibilem substantiam nihil; nam quod quid erat esse speciei et actui existit. Anima namque et anime esse idem, homini vero et esse hominis non idem, nisi et anima homo dicatur. Sic autem alicui quidem alicui non. Non videtur itaque querentibus sillaba ex elementis esse

et compositione, nec domus lateres et compositio [illegible]tio fit autem, nec aliorum, ut limen si positione limen positio, sed magis hec ab illa. Nec itaque homo est animal et bipes, sed aliquid oportet esse quod preter hec est, si hec materia, neque autem elementum neque ex elementis, sed substantia, quod auferentes materiam dicunt. Si igitur hoc causa est ipsius esse et substantia, hoc substantiam utique ipsam non dicent. Necessarium itaque hanc aut sempiternam esse aut corruptibilem sine corrumpi et factam esse sine fieri. Monstratum autem et determinatum in aliis quia speciem nullus facit nec generatur, sed efficitur hoc, fit autem quod ex his. Si autem sunt corruptibilium substantie separabiles nondum palam; attamen quia quarundam non contingit palam, quecumque non possibile preter ipsa alia esse, ut domum aut vas. Forsan quidem igitur nec substantie sunt nec ipsa hec nec quid aliorum quecumque non natura constituta; naturam namque solam utique aliquis ponet eam que in corruptibilibus substantiam. Quare dubitatio quam Antisthenii et sic indocti dubitabant habet quoddam tempus, quod non est quid est diffinire, terminum namque rationem esse longam esse, sed quale quid quidem contingit docere, sicut argentum quid quidem est non, quale autem quia stagnum. Quare substantie est quidem cuius contingit esse terminum et rationem, puta composite, sive sensibilis sive intellectualis. Primorum autem ex quibus hec non est, si quidem aliquid de aliquo significet ratio diffinitiva, et oportet hoc quidem ut materiam esse, illud vero ut formam. Palam autem et quare si substantie numeri sic sunt et non ut quidam dicunt unitatum. Diffinitio namque numerus quidam; divisibilis quidem enim et in indivisibilia; non enim infinite rationes, et numerus autem tale est. Et quemadmodum nec a numero ablato aliquo aut addito ex quibus numerus est non idem numerus adhuc, sed alter, quamvis minimum auferatur aut addatur, sic nec diffinitio nec quod quid erat esse nec adhuc erit ablato aliquo aut addito. Et numerum oportet esse aliquid quo unus, quod nunc non habent dicere quo unus, si est unus; aut enim non est, sed ut acervus

aut si accidit dicendum quod quod est faciens unum ex multis et distinctis in acte est sic quando in hanc habebit dicere et in me ritis accidit eiusdem enim racionis et illa unum terra sicut non ut dicunt quidam ueli mus quidam, species aut principium. Sed est de littera et natura quidam in magis et qui admodum neque numeris fit magis aut minus, nec que secundum speciem illa sed si quidem que cum materia. De generatione quidem et corruptione quidam dictum illarum quomodo generantur et quomodo non, et de reductione ad numerum sit usque ad hic determinatum.

De illa autem illa oportet non latere quod et si ex eodem omnia primo aut eisdem aut primis et eadem ut principium hiis que fiunt est tamen quedam illa cuiusque ut fleugmatis dulcia aut crassa et colere vero amara aut alia quedam forsan autem hoc ex eadem. Fiunt autem plures materie eiusdem quando altera est illius ut fleugma ex dulci vero per resolutionem dulcis in primam materiam. Fit enim hoc ex hoc aut quod prius erit aut quod resoluto in principium. Contingit autem una existente fieri diuersa propter mouentem causam ut puta ex ligno et archa et lectus. Quorundam vero altera materia ex materia necessitate alteris existentibus ut serra non utique fiet ex ligno nec in mouente causa hoc enim non faciet serram ex lana aut ligno. Si igitur idem quod est contingit facere palam quod ars et principium quod est ut mouens idem. Nam si et materia altera et mouens quod est factum. Cum igitur aliquis querit quid causa quoniam pluribus modis dicuntur cause omnes oportet dicere causas contingentes, ut hominis que causa ut materia? an quod est menstrua. Quid autem ut mouens? an quidem sperma. Quid ut species? quod erat esse. Quid ut cuius causa? finis. Forsan autem ambo idem. Oportet autem proximas causas dicere que materia non ignem aut terram sed propriam. Circa

naturales recte utatur si procedat hoc oportet et [?] et eorum causas cognoscere. In naturalibus quidem et perpetuis aliud modo. Forsan enim quedam non habent materiam aut non talem sed solum secundum locum mobilem. Nec quecumque vero natura quidem non illa vero non est hiis materia sed quod subicitur illa. Puta que causa eclipsis? que materia non enim est sed luna que patitur. Que causa ut mouens et corrumpens lumen? terra. Quod autem cuius gratia forsan non est. Quod vero ut species ratio sed non manifesta si non cum causa fuerit ratio ut quid eclipsis? privatio luminis. Si vero additur a terra in medio obiecta que cum ratio sed sompni vero non manifestum primum paciens sed quod animal est. Primum vero sed secundum quid cor aut aliud deinde ab aliquo deinde quale passio que illius et non totius quod immobilitas utique sed hoc secundum quod primum patitur. Quoniam vero sunt sine generatione et corruptione sunt et non sunt ut puncta si quidem sunt et totaliter species et forme. Non enim album fit sed lignum album ut ex aliquo et quod omne quod fit fit. Non omnia utique contraria fiunt ex inuicem sed aliter album homo ex nigro homine et album ex nigro. Nec omnis materia est sed quorum generatio est et transmutatio in inuicem. Quecumque autem sine transmutari sunt aut non non est horum materia. Habet autem dubitationem quomodo ad contraria uniuscuiusque se habet ut si corpus potentia sanum contrarium vero infirmitas sanitati; tunc ambo potentia et aqua potentia uinum et acetum. Aut huius quidem secundum habitum et secundum speciem materia illius vero secundum privationem et corruptionem preter naturam. Dubitatio vero quedam est et quare uinum non materia aceti nec potentia acetum quamuis fiat ex eo acetum et viuens potentia mortuus. Aut non sed secundum accidens corruptiones animal vero ipsum sed secundum corruptionem mortui potentia et materia et aqua aceti. Fit enim ex hiis ut ex die nox et ideo utique sic transmutantur ad inuicem ad materiam oportet redire ut si mor

tiuo aliud ad materiam oportet redire ut ex mor-
tuo aliquid in animal primo deinde sic animal et
acetum deinde sic vinum.

De dubitatione vero dicta circa diffinitiones et numeros qua
causa eius quod est unum? Omnium namque quecumque plures par-
tes habent et non sunt ut acervus totum, sed est
aliquod totum preter partes, est aliqua causa. Quoniam et in
corporibus his quidem tactus causa est unitatis, his
vero viscositas aut aliqua passio
altera talis. Diffinitio vero ratio est una non
coniunctione quemadmodum Ylias, sed per unius esse.
Quid igitur est quod facit unum hominem et propter quid
unum sed non multa, puta animal et bi-
pes, aliter quam et si est, ut aiunt quidam,
ipsum quid animal et ipsum bipes? Quare enim
quod non illa contingentia homo esset et erunt secun-
dum participationem homines non hominis
sed duorum, scilicet animalis et bipedis, et totaliter
utique non erit homo unum sed plura, animal
et bipes. Palam itaque quod sic quidem accepta
rationibus ut consueverunt diffinire et dicere
non contingit reddere et solvere dubitationem. Si autem
ut dicimus hoc quidem materia illud vero forma, et hoc
quidem potentia illud vero actu, non adhuc dubitatio
utique videbitur esse quod queritur. Est enim
hec dubitatio eadem et si sit vestimenti diffinitio rotun-
dum es. Esset enim utique signum nomen hoc ra-
tionis. Quare quod queritur est quae causa unum esse rotun-
dum et es. Non adhuc dubitatio videtur, quia hoc
quidem materia illud vero forma. Quid igitur tale ens po-
tentia actu sit preter faciens in quibuscumque generatio?
Nulla namque est causa alia eius quod potentia sphe-
ram actu esse spheram, sed hoc erat quod quid erat
esse utrique. Est autem materie alia intellectualis alia sen-
sibilis, et semper rationis hoc quidem materia illud vero
actus est, ut circulus figura superficialis. Quecumque vero
non habent materiam nec intellectualem nec sen-
sibilem, statim quod quidem unum quid esse est unumquod-
que quemadmodum et quod ens, aliquid hoc, quale,
quantum. Quapropter et non inest in diffi-
nitionibus nec unum nec ens, et quod quid erat
esse statim unum quid est sicut et ens aliquid.
Quapropter non est aliqua alia causa unum esse
nullum horum nec eius quod est ens, statim enim unum-
quodque ens est quid et unum quid, ut non in genere
ente et uno, nec ut separabilibus existenti-
bus preter singularia. Propter hanc vero dubitatio-
nem hii quidem participationem dicunt et cau-
sam quid participationis et quid est participare du-
bitant. Hii autem coexistentiam anime, sicut
Licofron ait esse scientiam eius quod est scire et
et anime. Alii vero compositionem aut connexionem
anime cum corpore vivere. Et quidem eadem ratio in omnibus,
et enim sanum esse erit aut coexistentia aut
colligatio aut connexio anime et sanita-
tis, et es esse trigonum compositio eris et trigo-
ni, et album esse compositio albi superficiei et
albedinis. Causa vero quia potentie et actus querunt
unitatem facientem et differentiam. Est autem ut dictum est et
ultima materia et forma idem et potentia hec actu, quare
simile est querere unius quae causa et unum esse
dicere unum. Unum enim quid et quod potentia et quod actu unum ali-
qualiter est. Quare causa nulla alia nisi quid
ut movens ex potentia ad actum. Quecumque ve-
ro non habent materiam simpliciter quae vero entia
aliquid.

De primo quidem igitur ente et
ad quod omnes alie cathegorie
entis referuntur dictum est de sub-
stantia. Nam secundum substantie rationem
dicuntur alia entia, quantitas,
qualitas et alia sic dicta. Omnia
namque rationem habebunt substantie ut diximus in
primis sermonibus. Quoniam vero dicitur ens hoc quidem
ens est eo quod aut quantitas aut quali-
tas aliud secundum potentiam et actum et secundum opus, de-
terminabimus et de potentia et actu. Et primum
de potentia et actu et primum de potentia quae dicitur quidem
maxime proprie, non tamen utilis est ad quod volumus
nunc. Amplius enim potentia et actus eorum quae
dicuntur secundum motum solum. Sed dicentes
de hac in determinationibus de actu ostendemus
et de aliis. Quod quidem igitur dicitur multipliciter potentia et
posse determinatum est nobis in aliis. Horum
autem quecumque quidem equivoce dicuntur potentie pretermittantur.
Quedam enim similitudine quadam dicuntur quemad-

modos in geometria et possibilia et impossibilia
dicimus eo quod aliquo modo sunt aut non sunt.
Quecumque autem ad eandem speciem omnia potentie dicta
sunt et ad primam unam dicuntur que principium
transmutationis in alio inquantum aliud. Nam hec quidem
patiendi potentia est, que in ipso patiente est
principium mutationis passive ab alio in
quantum est aliud. Hec autem habitus impassi-
bilitatis eius quod in deterius et corruptionis ab
alio inquantum aliud a principio transmuta-
tivo. In hiis enim omnibus inest terminus
potentie prime ratio. Et iste autem potentie dicuntur aut
tantum facientis aut patientis aut ipsius
bene. Quare in harum rationibus insunt quali-
ter priorum rationes potentie. Palam igitur quod est
quidem ut una potentia faciendi aut patiendi.
Nam potens est et per habere ipsum potentiam patiendi
et eo quod aliud ab ipso. Est autem ut alia.
Hec quidem in patiente. Propter habere enim quoddam
principium quod patitur patiens et aliud
ab alio. Crassum enim combustibile est, et cedens
autem sic impressibile similiter et aliis. Hec autem
est in faciente ut calor et edificativa. Hec
quidem in calefactivo, hec autem in edifi-
cativo. Quare in quantum simul natum est non pa-
titur ipsum a se ipso. Unum enim et non aliud.
Et impotentia et impossibile quod tali potentie con-
traria est privatio. Quare eiusdem et secundum idem o-
mnis potentia impotentia. Privatio autem dicitur mul-
tipliciter. Nam non habens et aptum natum et aut
sic penitus privatio aut tale quoddam modo et
quibusdam vero si apta nata habere non ha-
beant privata esse dicimus. Quoniam autem quedam inani-
matis insunt principia talia, illa vero in
animatis et in anima et anime in ra-
tionem habente parte palam quia et potentiarum alie erunt
irrationales alie vero cum ratione. Quapropter
omnes artes et factive scientie sunt
potentie. Principia namque permutativa in alio aut
inquantum aliud. Et que quidem cum ratione omnes contra-
riorum sunt eedem, et irrationales una
unius, ut calidum calefaciendi,

medicativa autem infirmitatis et sani-
tatis. Causa autem quia ratio est scientia. Ratio autem
eadem ostendit rem et privationem, non tamen similiter
et est ut amborum. Est autem ut existentis
magis. Quare necesse et tales scientias esse quidem
contrariorum, esse vero huius quidem secundum se, illius
vero non secundum se. Quidem ratio et huius secundum se, illius vero modo quodam et secundum accidens. Negatione
et ablatione ostendit contrarium. Contrarium enim privatio
prima, quorum et ablatio alterius. Quoniam au-
tem contraria non fiunt in eodem, scientia autem
potentia in habendo rationem et anima motus habet
principium, salubre quidem sanitatem solum
facit et calefactivum caliditatem et frigi-
dativum frigiditatem, sciens vero
ambo. Est enim quidem amborum ratio, non similiter
autem, et in anima que habet motus principi-
um. Quare ambo ab eodem principio
movebit ad idem copulans. Quapropter que secundum
rationem potentia faciunt
contraria. Unum enim principium continetur
ratione. Palam autem quia ipsius bene potentiam
sequitur solum faciendi aut patien-
di potentia. Hanc vero illa non semper. Ne-
cesse enim bene facientem facere, sed solum fa-
cientem non necesse et bene facere.

Sunt autem quidam qui dicunt
ut Megarici quando operatur solum pos-
se et quando non operatur non posse,
ut non edificantem non posse edifi-
care, sed edificantem quando edificat. Simi-
liter autem et in aliis. Quibus accidentia inconve-
nientia non est difficile videre. Palam
enim quia nec erit edificator si non edificat.
Nam edificatori esse est esse potentem edifi-
care. Similiter et in aliis artibus. Si
igitur impossibile est tales habere artes
non discentem aliquando et accipientem, et non
habere abicientem aliquando aut enim oblivio-
ne aut passione aliqua aut tempore. Non
enim utique re corrupta semper enim est. Quando
cessavit, non habebit artem, iterum autem sta-
tim edificabit aliqualiter accipiens. Et

taminata sunt neque calidum neque frigidum neque
dulce neque omnino sensibile nihil erit non
sentientibus. Quare Protagore rationem eis dicere
continget. At vero nec sensum habebit nihil
si non sentiat nec operetur. Si igitur cecum non
habens visum aptum vero natum et quando
aptum natum et adhuc ens, iidem ceci erunt
sepe die et surdi. Amplius si impossibile
quod privatum potentia, quod non fit impossibile erit fac-
tum esse aut quod impossibile fieri esse dicens esse
aut futurum esse mentietur. Nam impossibile hoc
significat. Quare hee rationes auferunt motum
et generationem. Semper enim stans stabit et sedens se-
debit. Non enim surget si sedet. Impossibi-
le namque erit surgere quod non potest surgere. Si
ergo non contingit hoc dicere, palam quia potentia et actus
altera sunt. Ille vero rationes potentiam et actum
idem faciunt. Propter quod et non parvum aliquid querunt
destruere. Quare contingit possibile quid esse aliquid non esse, et
possibile non esse esse. Similiter autem et in aliis
cathegoriis possibile vadere ens non vade-
re et non vadens possibile vadere. Est
autem possibile hoc cui si existit actus cuius dici-
tur habere potentiam nihil erit impossibile. Dico autem
puta si possibile sedere et contingit sedere
huic si inest sedere nihil erit impossibile. Et si
moveri aut movere aut stare aut sta-
tuere aut esse aut fieri aut non esse aut
non fieri similiter. Venit autem nomen actus qui
ad endelechiam componitur et ad alia
ex motibus maxime. Videtur enim actus maxime esse motus. Quapropter
et non existentibus non assignant moveri,
alias autem quasdam cathegorias, pu-
ta intellectualia et concupiscibilia esse non entia,
mota vero non. Hoc autem quia non entia
actu erunt actu non entium. Non entium enim quedam
potentia sunt; non sunt autem quia non endele-
chia. Si autem est quod dictum est possibile aut conse-
quitur, palam quia non est verum dicere quod possibile quidem hoc, non erit autem, ut im-
possibilia esse sic dilabantur. Dico autem
puta si aliquis dicat possibile dyametrum commensurari,

non tamen mensurabitur, non cogitans impossibile esse, quod nihil
prohibet aliquod ens esse aut fieri non esse vero
aut non futurum esse. Sed illud necesse ex posi-
tis, si et supponamus esse aut factum esse quod non est, possi-
bile autem, quod nihil erit impossibile. Accidet vero: commensura-
tum namque impossibile. Non enim idem est falsum et impossibile
Te namque stare nunc falsum quidem, non tamen impossibile. Simul autem palam quia si a
existente necesse b esse et possibile existente a et b necesse
esse possibile. Si enim non necesse possibile esse, nihil prohibet
non esse possibile. Sit autem a possibile. Quando igitur a possibile
erit esse, si ponatur a, nihil impossibile esse ac-
cidet. B autem necesse esse. Sed erat impossibile. Sit i-
taque impossibile. Et si impossibile necesse a, necesse et
b esse. Sed erat quidem primum impossibile et se-
cundum. Si igitur fuerit a possibile et b erit. Si quidem
sic se habebant quod a existente necesse b esse. Si
itaque se habentibus a b non est possibile b, ita nec a
b habebit ut positum est. Et si a possibili existente
necesse b. Nam possibile esse ex necessitate b esse si
a possibile hoc significat: si sit a et quando
et ut erat possibile esse, et illud tunc et ita esse ne-
cesse.

Omnibus autem potentiis existentibus, hiis quidem
congenitis ut sensibus, hiis autem con-
suetudine ut que est fistulandi, aliis autem
disciplinatione ut que est artium, has quidem
necesse eos qui preexercitati fuerint habere
consuetudine et ratione, non autem
tales et eas que sunt in pati non necesse. Quo-
niam autem possibile aliquid possibile et quando et quomo-
do et quecumque alia necesse adesse in diffinitio-
ne, et hec quidem secundum rationem possunt movere et
potentie ipsorum cum ratione, hec autem irrationabilia et po-
tentie irrationales, et illas quidem necesse in anima-
to esse, has vero in ambobus. Tales quidem po-
tentias necesse quando ut possunt passivum et
activum appropinquant, hoc quidem facere,
illud vero pati. Illas vero non necesse. Hee
quidem enim omnes una unius factiva, ille vero con-
trariorum. Quare simul faciet contraria, hoc autem
impossibile. Necesse igitur alterum aliquid esse quod proprium.
Dico autem hoc appetitum aut prohairesim.
Quod enim desiderabit principaliter hoc faciet

Est Aut possibile ... Est Aut Venit aut

[illegible]

quam ut possit excitare appropinquabit passo quod potens secundum potentiam omne necesse quam desiderat cuius habet potentiam autem habet hoc facere hoc quod presente passo et ita se habente facere. Si autem non facere non poterit. nullo namque exteriorum prohibente assumi ingere nichil adhuc oportet. potentiam enim habet ut est potentia faciendi. Est autem non omnino sed habentium aliquo modo quibus et excludentur que exterius prohibent. removentur enim hoc ipsorum que in determinatione apponuntur. Quare nec si simul vult aut cupiunt facere duo aut contraria faciet. non ita enim simul habet ipsorum potentiam nec est faciendi potentia quam quorumque sic faciet.

Quoniam autem de potentia que secundum motum dicta est de actu determinemus quid est actus et quale quid. Et enim possibile ut manifestum erit dividentibus quod non solum hoc dicimus possibile quod aptum natum est movere aliud aut moveri ab alio aut simpliciter aut quodam modo sed et aliter quare querentes et de hiis pertransivimus.

Est autem actus existere rem non sicut dicimus potentia. Dicimus autem potentia ut in ligno Mercurium et in toto medietatem quia auferetur utique et scientem et non speculantem si possit speculari hoc actu. Palam autem in singularibus inductione quod dicere volumus et non oportet omnis terminum querere sed et proportionale aspicere quod ut edificans ad edificabile et vigilans ad dormiens et videns ad claudens quidem oculum visum autem habens et segregatum ex materia ad materiam et elaboratum ad inelaboratum. Huius autem differentie alteri parti sit actus determinatus alteri autem possibile. Dicuntur autem actu non omnia similiter sed aut proportionaliter ut hoc in hoc aut ad hoc, hoc in hoc aut ad hoc. Hec quidem enim ut motus ad potentiam illa vero ut substantia ad aliquam materiam. Aliter autem et infinitum et vacuum et quecumque talia dicuntur potentia et actu multis entium ut videnti et vadenti et visibili. Hec quidem enim quandoque et simpliciter verificari aliquando. hoc quidem enim visibile quia videtur, illud vero quia videri possibile. Sed infinitum non ita potentia est tamquam actu futurum separabile sed notitia. Eo enim quod non deficiat divisio reddit esse potentia hunc actum, separari vero non. Aliud quidem igitur actu et quid est et quale ex hiis et similibus manifestum erit nobis.

Quando autem potentia est unumquodque et quando non determinandum. Non enim quandocumque ut terra igitur est homo potentia aut non. Sed magis cum iam fiat sperma. Sed nec hoc semper forsan. Quemadmodum quidem nec a medicativa omne utique sanabitur nec a fortuna sed est aliquid quod possibile est et hoc est sanum potentia. Terminus autem eius quod ab intellectu actu fit ex potentia ente quando volitum fit nullo exteriorum prohibente, ibi autem in eo quod sanatur quando nullo prohibet eorum que in ipso. Similiter autem potentia et domus si nichil prohibeat eorum que in hoc et materia fieri domum nec est quod oportet addi aut removeri aut permutari, hec domus potentia et in aliis similiter quecumque extrinsecum principium generationis et quecumque in habente illo exteriorum nullo impediente erunt per ipsum. Sed sperma nondum. oportet enim in alio et permutari. Quando vero iam per suum principium est tale iam hoc est potentia. Illud vero altero egens principio ut terra nondum est statua. permutata enim erit es. Videtur autem quod dicimus esse non hoc sed illinum ut archa non lignum sed lignea nec lignum terra sed terreum. Iterum terra si sic non aliud sed illinum semper illud potentia simpliciter posterius est. Ut archa non terrea nec terra sed lignea. Hoc enim potentia archa et materia arche hoc, idem simpliciter quidem simpliciter huius vero hoc lignum. Si vero aliquid est primum quod non ad aliud dicitur ...

sed potentia ens ut scrinium aereum et aer non ignis sed igneus ignis; prima materia hoc aliquid existens. in hoc enim differt vel est illud potius et hoc aliquid non ut puta passionibus quod subicitur homo et corpus et anima passio autem musicum et album dicitur autem musica adveniente illud vero non musica sed musicum nec albedo homo sed album nec ambulatio aut motus sed ambulans aut motum ut illinum. quibuscumque quidem igitur sic ultimum ibi substantia. quibuscumque vero non sic sed species quaedam et hoc aliquid quod subicitur ultimum materia et substantia materialis et recte utique accidit illinum dici secundum materiam et passiones ambe namque indeterminatae. Quando quidem igitur dicendum est potentia et quando non determinatum est. Quoniam autem de eo quod prius determinatum est quotiens modis dicitur palam quia prius est actus potentia. dico autem potentia non solum determinata quae dicitur principium permutativum in alio inquantum aliud sed totaliter omne principium motivum aut immobilitativum. et namque natura in eodem fit in eodem genere ipsi potentiae principium enim motivum sed non in alio sed in quantum idem. omni itaque tali prius est actus ratione et substantia et tempore vero est quidem ut est autem ut non. Ratione quidem igitur quia prius palam nam primo contingere actu esse possibile est quod primo possibile puta dico edificatorem potentem edificari et speculatorem speculari et visibile potens videri. eadem autem ratio et in aliis. quare necesse rationem praecedere et notitiam notitia. Tempore vero prius sic idem agens prius specie numero non. dico autem hoc quia hoc quidem homine iam ente secundum actum et frumento et vidente prius tempore est materia et semen et visivum quae potentia sunt homo et frumentum et videns. nondum autem actu. sed his tempore priora altera entia actu ex quibus haec facta sunt. semper enim ex potentia ente fit actu ens ab actu ente ut homo ex homine musicus ex musico semper movente aliquo primo. movens autem actu iam est. Dictum autem est in sermonibus de substantia quia omne quod fit fit ex aliquo et ab aliquo et hoc specie idem. Quapropter et videtur impossibile esse edificatorem esse qui non edificavit nec citharaedum qui non citharizavit. nam addiscens citharizare citharizans addiscit citharizare. Similiter autem et alii. Unde sophisticus elenchus factus quia non habens aliquis scientiam faciet cuius scientia addiscens enim non habet. Sed quia eius quod fit factum est aliquid et totaliter eius quod movetur motum est aliquid. palam autem in his quae de motu et hoc addiscentem necesse habere aliquid scientiae forsan. Sed quidem et hac palam quia et actus et sic prior potentia secundum generationem et tempus. At vero et substantia primum quidem quia quae generatione posteriora specie et substantia sunt priora ut vir puero et homo spermate hoc quidem enim iam habet speciem illud vero non. et quia omne ad principium vadit quod fit et finem principium enim cuius gratia finis vero est generationis. finis autem actus et huius gratia potentia sumitur. Non enim ut visum habeant vident animalia sed ut videant visum habent. Similiter autem et edificandi scientiam ut edificent et theoricam ut speculentur sed non speculantur ut theoricam habeant nisi meditantes. hii autem non speculantur sed inquantum sic aut quia non egent speculari. Amplius materia potentia est donec veniat ad speciem. quando vero actu tunc est in specie. Similiter autem et in aliis. Et quorum motus est finis. propter quod docentes operantem ostendentes pu-

tantum finem reddidisse et natura si-
militer. nam si non sic fiat erit Pausonis
mercurius. enim non manifestus enim
et scientia si interius aut exterius quem-
admodum ille. opus enim finis. actus
autem opus. ideo et nomen dicitur actus
secundum opus et tendit versus endelechiam.
Cum vero est horum quorundam ultimum usus
ut visus visio et preter hanc nullum fit
alterum a visu opus. a quibusdam vero fit
aliquid ut ab edificativa domus preter edi-
ficationem. tamen nichilominus hic quidem minus hic
vero finis. hic autem magis finis est potentie. nam
edificatio et in edificato et simul fit et est domus. Quorumcumque
igitur aliquid alterum est quod fit preter usum horum
actus in facto ut edificatio in edificato
et contextio in contexto. similiter autem et in aliis et to-
taliter motus in eo quod movetur. quorum vero
non est aliquod aliud opus preter actionem in ip-
sis existit actio ut visio in viden-
te et speculatio in speculante et vita in
anima. quare et felicitas vita namque qua-
lis quedam est. Quare manifestum quia substantia et species ac-
tus quidam est. secundum hanc itaque rationem palam
quia prior substantia est actus et ut diximus tem-
pore semper precipit actus alius ante
alium usque ad eum qui est semper
moventis primum. At vero et magis
proprie. nam sempiterna priora substantia sunt cor-
ruptibilibus. est autem nichil potentia sempiternum. ra-
tio vero hec. omnis potentia simul contradictionis est. quod
enim non possibile existere non utique
existet in aliquo. possibile autem omne contin-
git non actu esse. quod igitur possibile esse contingit et esse
et non esse. idem igitur possibile esse et non esse.
Quod autem contingit non esse corruptibile
aut simpliciter aut hoc ipsum quod dicitur con-
tingere non esse aut secundum locum aut secundum quantitatem
aut secundum quale. simpliciter autem quod secundum substantiam. nichil igitur
incorruptibilium simpliciter est. eius simpli-
citer autem nichil prohibet aut quale aut

ubi actu. ergo anima eorum que ex necessita-
te sunt et prima quidem ipsa. namque si hec
non essent nichil utique esset. Nec utique motus
si aliquis est sempiternus. nec si quid mo-
tum sempiternum non secundum potentiam motum est nisi
de quo hinc aut illuc. et hoc nichil prohibet existe-
re. propter quod semper agunt sol et astra et totum ce-
lum. nec est timendum ne quandoque stet quod
timent qui de natura. nec laborant hec
agentia. non enim sunt eis potentia contradictionis ip-
sis ut corruptibilibus motus ut laboriosa sit
continuatio motus. nam illa causa est materia et potentia
non actu esse. Imitantur autem incorrup-
tibilia et in transmutatione sunt et alia
ut terra et ignis. et enim hec semper agunt. nam
secundum se et in ipsis habent motum. Potentie vero
alie ex quibus diffinitum est omnes contradic-
tionis sunt. nam possibile sic movere possibile et
non sic quecumque secundum rationem irrationabiles ve-
ro per adesse et non contradictionis erunt eedem.
Si ergo aliquae [illegible] tales aut
substantie quales dicunt qui in rationibus ydeas
multo magis illa vero poten-
tie. bonum enim quidem ergo est plus actus
potentia et omni potentia mutabili. Palam quia autem
et melior et studiosior potentia actus ex hiis.
palam quecumque enim secundum posse dicuntur
idem est potens contraria ut quod dicitur posse
convalescere idem et languens et simul
eadem enim potentia convalescendi et laborandi
quiescendi et movendi et edifican-
di et destruendi posse idem ergo contraria
simul existit. Contraria vero simul impossibile
est existere ut sanum esse et laborare. quare
necesse horum alterum esse bonum. posse vero
similiter utrumque aut neutrum. actus ergo melior
est. Necesse autem et in malis finem et actum
esse deteriorem potentia. quod enim potens idem am-
bo contraria. Palam ergo quia non est aliquid
malum preter res. Posterius enim



ipsi natura malum quam potentia. Non ergo nec in eis que a principio et sempiternis nichil est neque malum neque peccatum nec in eis que a principio et sempiternis. Nichil est neque peccatum neque corruptum; et enim corruptio malorum. Inveniuntur autem et dyagrammata actu; dividentes enim inveniunt. Si autem essent divisa, utique essent; nunc autem insunt potentia. Quare quod duo recti trigonum? Quia qui circa unum punctum anguli equales duobus rectis. Si ergo educta esset que iuxta costam, videnti utique statim esset palam propter quid. In semicirculo rectus universaliter quare? Si equales tres, basis due et que ex medio superstans recta videnti palam erit illud scienti. Quare palam quia potentia entia ad actum reducta inveniuntur. Causa vero quia intelligentia actus. Quare ex actu potentia et propter hoc facientes cognoscunt. Posterius enim generatione actus qui secundum numerum actus.

Quoniam autem ens dicitur et non ens hoc quidem secundum figuras cathegoriarum, illud vero secundum potentiam aut actum horum aut contraria, hoc autem maxime proprie aut verum aut falsum. Hoc autem in rebus est componi aut dividi. Quare verum quidem est divisum putans dividi et compositum componi. Mentitur autem contrarie habens quam res. Quando est aut non est quod verum dicitur aut falsum? Hoc perscrutandum quid dicimus. Non enim propter nos existimare te vere album esse tu albus es, sed propter te esse album nos hoc dicentes verum dicimus. Si ergo hec quidem semper componuntur et impossibilia dividi, hec vero semper divisa et impossibilia componi, hec autem contingunt contraria, esse quidem est componi et unum esse, non esse vero non componi sed plura esse. Circa contingentia quidem eadem fit falsa et vera opinio et oratio eadem, et contingit quandoque quidem verum dicere quandoque vero falsum. Circa impossibilia vero aliter se habere non fit aliquando verum et aliquando falsum, sed semper hec vera et falsa. Circa incomposita vero quid esse aut non esse et verum et falsum? Non enim est compositum ut sit quando componitur et non sit quando divisum fuerit, sicut album lignum aut incommensurabilem dyametrum. Nec verum et falsum adhuc similiter existet et in illis. Aut sicut nec verum in hiis idem, sic nec esse. Sed est hoc quidem verum, illud falsum: contingere quidem et dicere verum (non enim idem affirmatio et dictio), ignorare autem non contingere. Decipi enim circa quod quid est non est nisi secundum accidens. Similiter autem et circa non compositas substantias; non enim est decipi. Et omnes sunt actu, non potentia; generarentur enim utique et corrumperentur. Nunc autem ens ipsum non generatur nec corrumpitur; ex aliquo enim generaretur. Quecumque ergo sunt quod quid esse et actu entia, circa ea non est decipi, sed aut intelligere aut non. Sed quod quid est queritur de ipsis si talia sunt aut non. Esse vero ut verum et non esse ut falsum unum quidem est si componatur verum, si autem non componatur falsum. Unum autem si ens est sic est; si vero non ita non est. Verum autem intelligere ipsa; falsum vero non est, nec deceptio, sed ignorantia non qualis cecitas. Cecitas enim est ut utique si intellectivum omnino non habeat aliquis. Palam autem et quia de immobilibus non est deceptio secundum quando, si quis putet immobilia. Ut trigonum si non permutari putat, non opinabitur quandoque quidem duos rectos habere, quandoque vero non; permutaretur enim. Sed aliquid quidem, aliquid vero non, ut parem numerum primum esse nullum, aliquos autem non. Numero autem uno nec hoc; non enim aliquem quidem, aliquem vero non putabit, sed verum dicet aut mentietur ut semper sic se habente.

Unum quia multis modis dicitur in divisis de quot

IOTA

ens dicimus prius. Multipliciter vero dicti
capitales modi sunt quatuor primorum
et per se dictorum unum et non per accidens. Con-
tinuum enim aut non simpliciter aut maxime
quod natura et non tactu nec ligatione et horum
magis unum et prius cuius indivisibi-
lior motus est et magis simplex. Amplius
plus tale et magis totum et habens
aliquam formam et speciem maxime autem si
quid natura est tale et non vi et quecumque
visco aut clavo aut coniunctione sed
habet in se quod est causa sibi ut sit conti-
nuum. Tale vero eo quod indivisibilem motum unum esse
et indivisibilem loco et tempore. Quare palam si a-
liquid per naturam motus habet principium primi
primum ut puta dico lationis circulationem
hec prima magnitudo una. Hec quidem itaque
sic unum continuum aut totum. Dicitur
autem quod unum tot modis continuum natu-
ra et totum singulare et universale. Omnia
enim hec unum per indivisibile esse motum horum quidem
motum aliorum autem intelligentiam aut rationem. Quo-
rum intelligentia quod non simpliciter ad quemlibet
dicuntur una et quid est dicere unum esse et qualiter
est ipsius ratio. Dicitur enim unum tot modis
et unumquodque erit unum horum cuiusque exti-
terit horum aliquis modorum unum esse aliquid
autem horum alicui inerit quandoque autem aliquid
et magis appropinquans nomini potestate vero
illa sicut de elemento et causa si oportet dicere quan-
tum determinantem et nominis terminum red-
dere. Est quidem enim ut elementum ignis est autem
forsan per se et infinitum aut aliud aliquid
tale. Est autem ut non. Non enim idem igni est
elemento esse sed ut quidem res et natura ignis elemen-
tum nomen vero significat eo quod accidit ipsi
quod aliquid est ex hoc ut primo inexistente. Sic
et in causa et uno et talibus omnibus. Propter quod et unum
esse indivisibili est esse quod quidem hoc ente et
inseparabili aut loco aut specie aut intellec-
tu aut toto et determinato. Maxime ve-
ro in eo quod est mensura esse primum uniuscuiusque ge-

neris et maxime proprie quantitatis. Hinc
enim ad alia venit mensura. Mensura enim est quo
quantitas cognoscitur. Vero aut uno aut
numero quantitas, quantitas vero numerus
autem omnis uno. Quare omnis quantitas cog-
noscitur in quantum quantitas uno. Et
ex quo primo cognoscitur hoc ipsum u-
num. Quapropter unum numeri principium
secundum quod numerus. Hinc autem et in aliis dicitur
mensura quo primo unumquodque cognoscitur. Et
mensura uniuscuiusque unum in longitudine, la-
titudine et profunditate et gravitate et
velocitate. Gravitas enim et velocitas
commune in contrariis. Duplex enim eorum utrumque
ut grave et quod est habens excellentiam in-
clinationis et velocitas et quod est motus
habens et excellentiam motus. Est enim veloci-
tas quedam et tardi et gravitas levioris.
In omnibus itaque mensura et principium unum quoddam et indivisibi-
le, quoniam et in lineis utuntur quasi indivisibili pe-
dali linea. Ubique namque mensuram unum quoddam et indivisibi-
le quaerunt et indivisibile. Hoc autem
quod simpliciter aut quali aut quanto. Ubique
quidem quod ut non esse auferre aut addere
hoc est certum metrum. Quapropter numeri
certissimum. Unitatem enim ponunt omnino in-
divisibilem. In aliis vero imitantur tale.
A stadio enim et talento et semper ma-
iore latebit et additum aliquid et ablatum
magis quam a minore. Quare ad quod primum
secundum sensum non contingit hoc omnes metrum
faciunt et humidorum et siccorum et gravi-
tatis et magnitudinis et tunc putant
cognoscere quantum quando cognoscunt
per hoc metrum. Et motum autem simplici
motu et velocissimo. Minimum enim habet
tempus. Quapropter in astrologia tale unum
principium et metrum. Motum enim re-
gularem ponunt et velocissimum celi
ad quem alios iudicant. Et in musica
diesis quia minimum. Et in voce elementum. Et
hec omnia unum aliquid sic non ut commune de

VI

X

numerum; sed sic dictum est. Non semper autem numero autem metrum unum, verum quandoque plura, ut dieses quae non secundum auditum, sed in rationibus, et voces plures quibus mensuramus, et diameter duabus mensuratur et latus, et magnitudines omnes. Sic itaque metrum omnium unum, quia cognoscimus ex quibus est substantia dividentes aut secundum quantitatem aut secundum speciem. Et ideo quod unum indivisibile, quia quod primum singulorum indivisibile. Non similiter autem omne indivisibile, ut pes et unitas; sed hoc quidem omnino, illud vero indivisibilia ad sensum ut voluit, sicut dictum est; nam forsan omne continuum est divisibile. Semper autem cognatum est metrum: magnitudinum quidem enim magnitudo, et secundum unumquodque longitudinis longitudo, latitudinis latitudo, vocis vox, gravitatis gravitas, unitatum unitas. Sic enim oportet accipere, sed non quia numerorum numerus; et quidem oportebat si similiter; sed non similiter dignificat, sed ac si unitatum unitates dignificarentur metrum, sed non unitatem; numerus autem pluralitas unitatum est. Et scientiam autem rerum dicimus et sensum propter idem, quia cognoscimus aliquid ipsis, quam mensurantur magis quam mensurant. Sed accidit nobis velut si alio nos mensurante cognoscamus quanti sumus per applicare ad nos cubitum totiens. Protagoras autem hominem ait omnium esse mensuram, ac si utique scientem dicens aut sentientem; hos autem quia habent hic quidem sensum, ille scientiam, quas dicimus esse mensuras subiectorum. Nihil itaque dicentes superabundans videntur aliquid dicere. Quod quidem igitur unum esse maxime secundum nomen determinantibus metrum quoddam et maxime quidem quantitatis, deinde qualitatis, palam erit; erit autem tale hoc quidem si sit indivisibile secundum quantitatem, illud autem si secundum qualitatem. Quapropter quod indivisibile est unum aut simpliciter aut in quantum unum.

Secundum substantiam vero et naturam quaerendum est utrum modo se habeat, quemadmodum in dubitationibus transivimus, quid quod unum est et qualiter oportet de eo suscipere, utrum velut substantiam quandam ipsum unum, sicut Pythagorici dicunt prius et Plato postea, aut magis subest quaedam natura, et qualiter oportet notius dicere et magis sicut qui de natura. Illorum enim alius amicitiam dicit esse unum, alius aerem, alius infinitum. Si itaque nullum universalium contingit substantiam esse possibile, sicut in sermonibus de substantia et de ente dictum est, nec ipsum hoc substantiam ut unum quoddam praeter multa possibile est, commune namque, sed aut praedicamentum solum, palam quia nec ipsum unum. Nam ens et unum universaliter praedicantur maxime de omnibus. Quare neque genera naturae quaedam et substantiae separabiles ab aliis sunt, et unum genus esse non contingit propter easdem causas propter quas quidem nec ens nec substantiam. Amplius similiter autem sunt secundum in omnibus necesse habere. Dicitur autem aequaliter ens et unum. Quare quoniam quidem in qualitatibus est aliquid quod unum et quaedam natura, similiter autem in quantitatibus, palam quia et totaliter quaerendum quid quod unum, quemadmodum et quid ens, tamquam non sufficiens quod hoc ipsum ipsius natura. At vero et in coloribus est aliquid quod color unus, puta album; deinde alii ex hoc et nigro videntur generari, nigrum vero privatio albi est, ut et lucis tenebra. Hoc enim est privatio lucis. Quare si entia essent colores, essent utique numerus quidam entia, sed quorum? palam utique quia colorum, et ipsum unum esset unum aliquod utique esset. Similiter et si melodiae, sed non numerus utique, sed ipsorum; et ipsum unum esset utique aliquid cuius substantia non ipsum unum, sed dieseos. Similiter autem et in melodiis elementorum utique esset numerus et ipsum unum trigonum. Eadem autem ratio et in aliis generibus. Quare si et in passionibus et in qualitatibus et quantitatibus et in motu numeri entibus et uno aliquo in omnibus numerus est quidam et ipsum unum aliquod unum, sed non hoc ipsius, et in substantiis necesse est similiter se habere. Similiter enim se habet in omnibus.

Quod quidem igitur unum in omni genere est quaedam

Metha

natum et mensuris natura hoc ipsum quod
unum quod palam. Sed sicut et in coloribus
coloribus colore unum querendum ipsum quod
unum sic et in ista ipsam unam ipsum unum.
Quoniam autem idem significat aliqualiter et unum et ens
palam per assequi equaliter cathegorias
et in nulla non sunt et nulla una ut neque in quid neque
in quale sed similiter se habet sicut ens, et
hoc quod unus non non predicetur alterum ab
ab homine quodammodo neque esse preter quod aliquid
quale aut quantum et unum esse id quod unum
esse.

Opponitur unum et multa secundum plures modos
quorum uno unum et multitudo ut indivisibile
divisibile quod quidem divisum aut divisibile, multitu
do dicitur; indivisibile vero aut non divisum unum.
Quoniam igitur quatuor modis oppositiones dicuntur
et horum secundum privationem dicitur alterum contraria utique
erunt et neque ut contradictio neque ut ad aliquid dicta.
Dicitur autem ex contrario et ostenditur ipsum unum
ex divisibili indivisibile propter magis sensibilem multi
tudinem esse et divisibile quam indivisibile, quare
ratione prior multitudo indivisibili propter sensum.
Est autem unius quidem sicut in divisione contrariorum de
scripsimus idem et simile et equale. Plurium
vero diversum et dissimile et inequale. Dicto vero
eodem modo multipliciter uno quidem modo numero dicimus
aliquando ipsum. Hoc autem si ratione et numero unum
fuerint ut tu tibi ipsi specie et materia unum.
Amplius autem si ratio prime substantie una fue
rit ut equales linee recte eedem et
equalia et ysagonia tetragonia et plura
sed in istis equalitas unitas. Similia
vero si non sunt eadem simpliciter entia neque
secundum substantiam indifferentia subiectam secundum speciem eadem
sunt ut maius tetragonium minori simile
et equales recte namque similes sed non
eadem vero simpliciter. Alia vero si eandem speciem ha
bentia in quibus magis et minus fit
neque magis sunt nec minus. Alia si eadem
passio et una specie ut album valde et
minus similia dicunt esse quod una species ipsorum.

aut si plura habent eadem que altera aut ea
aut que promptum ut stagnum argentum
vel aurum ignis aut rubeus aut rufum.
Quare palam quia diversum et dissimile multis dicitur.
Hoc autem altera opponitur oppositione eodem;
propter quod omne ad omne aut idem aut aliud
quare si non et materia et ratio una idem et tu
et propinquus diversus. Tertium autem ut que in
mathematicis diversum. Sed quod autem idem propter hoc
omne ad omne dicitur quecumque dicuntur
et unum et ens non enim est contradictio ipsius
eiusdem quare non dicitur in non entibus vero
omnibus aut et unum aut non unum
aptum natum et ens et unum quidem
sunt quidem quod idem et aliud et ita opponuntur.
Differens vero et diversitas alterum diversum enim
a quo est diversum non est necesse aliquo esse diversum.
Sunt omne namque aut diversum aut idem
quecumque est ens. Differens vero ab aliquo aliquo dif
ferens quare necesse ipsum idem ad differre quod
differunt. Hoc autem ipsum idem genus aut
species. Differt autem genere aut specie ge
nere quidem quorum non est communis ma
teria nec generatio adinvicem ut quorum alia figura
cathegorie. Specie vero quorum idem est genus.
Dicitur autem genus quod ambo id dicuntur secundum
substantiam differentia. Contraria vero dif
ferentia et contrarietas quedam differentia est;
quod autem bene hoc supponimus palam
ex inductione. Omnia enim differre videntur et
hoc non solum diversa existentia sed hec quidem genere
diversa hec autem in eadem coelementatione cathego
rie quare in eodem genere et in eadem specie de
terminatum est autem in aliis que sunt in ge
nere eadem aut diversa.

Cum autem differre contingat adinvicem differentia
plus et minus est aliqua et maxima
differentia et hanc dico contrarietatem. Quoniam vero
maxima est differentia palam ex inductione. Que enim
genere differunt non habent viam in alterum
sed distant magis et incomparabilia. Differunt

[illegible]

[illegible]

quibus vero sunt generationes ex contrariis
sunt, et ultimus ultimorum vero distan-
tia maxima; quare et quae contraria est.
At vero maximum in unoquoque
genere perfectum. maximum enim, id non est
adhuc extra sumere aliquid possibi-
le. finem enim habens perfecta differentia si-
cut et alia eo quod finem habeant dicuntur
perfecta. nichil autem extra finem. ul-
timum enim in omnibus et continet. sic-
que nichil extra finem nec eget aliquo
quod perfectum. quod quidem igitur contrarie-
tas est differentia perfecta ex hiis palam;
Multipliciter autem dictis contrariis contra-
rius sequitur quod perfecte ita sicut utique
est esse contrariis et existerit ipsis sic.
His autem existentibus palam quod non contingit plura
uni contraria esse. nec enim ultimo ultimum
erit aliquid nec distantie unius plura sunt
quam duo ultima. Totaliter autem si est
contrarietas differentia, differentia vero duorum, quare et perfecta.
Necesse autem et alios terminos esse veros contrariorum.
et enim plurimum differt perfecta differentia.
generis autem differentibus non est magis
est accipere extra hiis quae sunt. ostensum
enim est quia ad ea quae sunt extra genus
non est differentia. horum autem haec maxima
et in eodem genere plurimum differentia
contraria. maxima namque differentia
horum quae perfecta et quae in eodem suscep-
tivo plurimum differunt. eadem enim est ma-
teria contrariis et quae sub eadem potentia
plurima differentia. et enim scientia circa
unum genus quae una in quibus perfecta
differentia maxima. Prima enim con-
trarietas habitus et privatio est. sed non
omnis privatio; multipliciter enim dicitur pri-
vatio, sed quaecumque perfecte privata fuerit. alia
autem contraria secundum has dicuntur, haec quidem
habere illa vero per facere aut factiva
esse. alia autem per acceptiones esse et ab-
jectiones horum aut aliorum contrari-

orum. Quoniam igitur opponuntur contradictio et pri-
vatio et contrarietas et ad aliquid, horum
autem primum contradictio, contradictionis autem nichil est medium,
contrariorum autem contingit, quia quidem non idem contradictio
et contraria, palam. Privatio vero contradictio
quaedam est; aut enim quod impossibile est totaliter
habere non habet privatum est, aut quod aptum natum
aliqualiter determinatae. multipliciter enim iam et hoc dicitur
distinctum a nobis in aliis. quare privatio contradictio quaedam
est aut impotentia determinata aut com-
accepta susceptivo. quapropter contradictionis quidem non
est medium, privationis autem quaedam est; aequa-
le namque aut non aequale omne, non omne
vero aequale aut inaequale, sed solum
in susceptivo aequalitatis. Si itaque generationes
ipsi materiae ex contrariis fiunt, fiunt autem ex
specie et speciei habitu aut privatione alicuius
speciei et formae, palam quia contrarietas pri-
vatio quaedam est; utique erit omnis privatio
vero non omnis forsan contrarietas.
Causa vero quia multipliciter contingit privari pri-
vatum; ex quibus enim permutationes
extremis contraria. Palam autem et
per inductionem. Omnis contrarietas habe-
re privationem alterius contrariorum, sed non similiter
omnia. nam inaequalitas aequalita-
tis et dissimilitudo similitudinis et
malicia virtutis. differt autem sicut
dictum est; hoc quidem enim
si solum sit privatum, hoc autem si
aut quando aut in quo ut si aetate
aliqua aut principali aut omnino. quare
horum quidem est medium, et
est neque bonus homo neque malus,
aliorum vero non; sed necesse esse aut
parem aut imparem. Amplius
alia quidem habent subiectum determinatum,
alia autem non. Quare palam quia semper
alterum contrariorum dicitur secundum privatio-
nem. sufficit autem et si prima et ge-
nera contrariorum puta unum et multa;
alia namque ad haec reducuntur.
Quoniam autem uni unum contrarium est

[illegible]

dubitabit autem aliquis quoniam opponitur uni et multa et equale magno et paruo. Utrum enim esse per oppositionem in oppositis dicimus ut utrum album aut nigrum. utrum vero album aut homo non dicimus nisi ex suppositione et querentes ut utrum venit Cleon aut Socrates. Sed non necesse in nullo genere hoc. Sed et hinc venit. Nam opposita sola non contingit simul existere quo et hic utitur in eo quod utrum venit. Si enim simul contingeret ridiculosa erit interrogatio. Si vero et ita similiter incadunt in oppositionem in eo quod unum aut multa ut utrum ambo venerunt aut alter. Si itaque in oppositis semper est ipsius utrum interrogatio dicitur autem utrum maius aut minus aut equale aliqua oppositio ad hec equalis. non enim alteri solum nec ambobus. Quid enim magis aut maiori aut minori. Amplius idem le contrarium est equale. quare in pluribus erit. Si vero inequale significat idem simul ambobus erit utique oppositum ambobus. et dubitationi iuuat dicentes inequale dualitatem esse. Sed accidit unum duobus contrarium quod est impossibile. Amplius equale quidem medium videtur esse magni et parui. contrarietas autem neque media neque videtur neque ex diffinitione. Non enim utique erit perfecta mediatio alicuius ens sed magis habet semper aliquod medium. Relinquitur igitur aut ut negatione oppositum aut ut privationem. alterius quidem utique itaque non contingit. quid enim magni aut parui ambobus utique negatio privativa. quare ad ambo utrum dicitur ad alterum vero non. ut utrum magis aut minus aut non quod dicitur in dicendo nec maius nec minus aut esse ut utrum equale aut maius aut equale aut utrum equale aut minus. Sed semper equale non privatio aut ex necessitate non. omne enim equale quod non maius aut minus. sed semper etiam non privatio aut ex necessitate non. omne enim equale quod non maius aut minus sed in quibus apte natum est esse. est enim utique equale quod neque magnum aut paruum esse et opponitur ambobus ut negatio privativa. quare et medium est et neque malum neque bonum opponitur ambobus sed innominatum. multipliciter enim dicitur utrumque et non susceptivum. Sed magis quod neque album neque nigrum. unum vero non hoc dicitur. sed determinati colores in quibus dicitur privative negatio hec. nam necesse aut rubeum aut pallidum aut aliquid. quare non recte increpant opinantes similiter dici omnia ut sit calceamentum et manus medium quod neque calceus neque manus. Quoniam quidem et quod neque bonum neque malum boni et mali tamquam omnium futurum aliquid medio non necesse accidere. hoc quidem enim in oppositorum cum negatio est quorum est medium aliquod et distantia aliqua nata est esse. horum autem non est differentia. nam in alio genere quorum connegationes quare non unum quod subicitur. Similiter autem et de uno et de multis dubitabit utique aliquis. Nam si multa simpliciter uni opponuntur accidunt quedam impossibilia. nam unum paucum aut pauca erunt. nam multa paucis opponuntur. Amplius et duo sunt multa sed dicitur multiplex dicitur autem secundum duo quare unum paucum ad quid enim sunt multa et duo nisi ad unum et paucum. nichil enim minus. Amplius si ut in longitudine prolixum dicitur productum et breve sic in multitudine multum et paucum. quecumque sunt multum multa et multa et multum. si non quid forte differunt in continuo bene terminabili. paucum autem multitudo quedam erit. quare unum multitudo quedam erit si quidem et paucum. hoc autem necesse si duo multa. Sed forsan multa dicuntur quidem ut et multum sed ut differens velut ydor, id est aqua multum multa autem

[illegible]

non sunt autem. Secundum quam dicta unitas dicit
uno quidem modo si fuerit multitudo ha
bens excedentiam aut simpliciter aut ad aliquid
et paucum secundum quod multitudo defectum habens
sed qua ut numerus qui oppositus uni soli. Ita enim dicitur
aut unum multa ut si aliquis unum dicat
et una plura ut album et alba et mensura
ad metrum et mensurabile. Sic et multipli
cia dicuntur multa; unusquisque numerus quia unum
et quia mensurabilis uno unusquisque et ut quod opposi
tum uni non pauco. Sic igitur quidem multa et ipsa duo
ut que multitudo habens excedentiam ut
ad aliquid aut simpliciter non sunt sed prima pau
ca simpliciter ipsa duo; multitudo enim est de
fectum habens prima. Quapropter non recte de
stitit Anaxagoras qui dicit quia simul omnes res
erant infinite et multitudine et parvitate;
oportebat autem dicere pro et parvitate et pau
citate. Non enim infinite quoniam paucitas non propter
unum ut quidam dicunt sed propter duo. Opponitur autem
unum multis ut metrum mensurabili; hec autem
ut que ad aliquid quecumque non per se eorum que ad aliquid quecumque
non per se eorum que ad aliquid. Divisum autem est a nobis
in aliis quia dupliciter dicuntur que ad aliquid, alia
quidem namque ut contraria, alia ut scientia ad scibile
quod dicitur ad aliud ad ipsum. Minimum autem nihil prohibet aliquo
puta duobus; non enim si minimum
et paucum. Multitudo autem quasi genus est numeri; est enim nu
merus multitudo mensurabilis uno, et opponuntur
aliqualiter unum et numerus, non ut contrarium, sed sic
dictum est eorum que ad aliquid quedam; in quantum enim metrum
hoc autem mensurabile, sic opponuntur. Quapropter
non omne quodcumque fuerit unum numerus est, pu
ta si quid est indivisibile. Similiter autem dicta scientia
ad scibile non similiter assignatur. Videbitur enim
scientia metrum esse, scibile vero quod men
suratur. Accidit autem scientiam quidem omnem scibile esse,
scibile vero non esse scientiam, quia modo quodam
scientia mensuratur scibili. Multitudo autem
neque pauco est contraria, sed huic quidem multum
sicut excedens multitudo excesse multi

Vnum autem [illegible]
Multo aut [illegible]

[illegible marginal gloss]

tudini, neque uni omni modo. Sed hoc quidem
ut dictum est quia divisibile, illud vero indivisibile; hoc autem
ad aliquid ut scientia scibili, si fuerit numerus, unum
vero metrum.

Quoniam vero contrariorum contingit medium esse
et quorundam est, necesse est ex contrariis esse. O
mnia namque media in eodem sunt genere et
quorum sunt media. Media quidem enim dicimus in que per
mutari prius necesse quod permutatur ab ultima
te; ut si transeat per minima ab ultima ve
niet prius ad medios sonos, et in coloribus
si veniet ex albo in nigrum, prius ad puniceum
veniet et pluvium quam ad nigrum; similiter autem et in
aliis. Permutari vero ex altero genere in aliud
genus non est nisi secundum accidens, ut ex colore in
figuram. Necesse ergo media et quorum sunt me
dia in eodem genere esse. At vero omnia media
sunt oppositorum aliquorum; ex his enim solis
per se est permutari. Quapropter impossibile est esse media
non oppositorum; esset enim permutatio et non
ex oppositis. Oppositorum vero contradictionis quidem me
dium non est; hec enim est contradictio, cuius alte
rius adest nullum medium. Reliquorum vero
que ad aliquid, alia privatio, alia contraria. Eorum vero
que ad aliquid quecumque non contraria non
habent media. Causa vero quia non in eodem
genere sunt. Quid enim scientie et scibilis medium? Sed
magni et parvi. Si vero sunt in eodem
genere media ut ostensum est, et media
contrariorum, necesse ipsa componi ex his
contrariis. Nam aut erit aliquod ge
nus ipsorum aut nullum. Et si quidem ge
nus erit ita ut sit prius ad
contraria, differentie priores contrarie erunt fa
cientes contrarias species ut generis; ex
genere enim et differentiis species. Ut
si album et nigrum contraria, est autem
hoc quidem disgregativus color, illud vero con
gregativus color, hee differentie congre
gativum et disgregativum priores. Et hee vero
contrarie contraria magis sunt contraria et reliqua

[illegible marginal gloss]

et media ex genere sunt erunt et diffinis ut omnes colores albi et nigri sunt medii ex hoc ex genere dici. est autem genus color et ex differentiis quibusdam. hee vero non erunt prima contraria. si autem non erit unumquodque aut album aut niger. altere igitur media. et primorum contrariorum hec erunt. Prime autem differentie disgregativum et congregativum quare hec prima quedam. Querendum autem quecumque quia non in genere ex quibus media eorum. necesse enim que sunt in genere eodem ex incompositis genere componi aut incomposita contraria. namque incomposita sunt ex invicem quare principia. Que autem intermedia aut omnia aut nullum ex contrariis vero fit aliquid quare erit transmutatio in hoc prius quam in ipsa. utrumque enim et minus erit et magis. medium igitur erit et hoc contrariorum. et alia igitur omnia composita que media. nam quod huius quidem magis illius vero minus compositum est aliqualiter ex illis quorum dicitur esse huius quidem magis illius vero minus. quoniam autem non sunt altera priora eadem genere contrariis omnia utique ex contrariis omnia utique ex quibus media erunt. quare et inferiora et contraria et media erunt ex primis contrariis. Quod quidem igitur media et in eodem genere omnia et intermedia contrariorum et componuntur ex contrariis omnia palam.

Diversum autem specie aliquid ab aliquo diversum est et oportebit hoc ambobus inesse ut si animal diversum specie ambo animalia. necesse igitur in eodem genere esse diversa specie. tale enim genus nomino quod ambo unum et idem dicuntur non secundum accidens habens differentiam sive ut materia ens sive aliter. non solum enim oportet commune existere puta ut ambo animalia sed et alterum utrique. scilicet ipsum animal ut hoc quidem equum. illud vero hominem. propter quod hoc quod est diversum ab invicem est specie alterum secundum se. hoc quidem tale quoddam animal illud vero tale ut hoc quidem equus illud vero tale ut hoc quidem equus illud vero homo. necesse igitur hanc diversitatem esse generis. dico enim generis differentiam diversitatem que diversum facit hoc ipsum. contrarietas igitur erit hec. palam autem et ex inductione. omnia enim dividuntur oppositis. et quia in eodem genere sunt contraria ostensum. nam contrarietas erit differentia perfecta. Differentia vero que specie omnis aliquid ab aliquo quare hoc idem et genus et ambobus. propter quod et in eadem coordinatione omnia contraria cathegorie specie differentie et non genere diversa ab invicem maxime. perfecta enim differentia et simul invicem esse non fit. igitur differentia est contrarietas. hoc enim est diversis specie in eodem genere entia contrarietatem habere omnia individua. eadem vero specie quecumque contrarietatem non habent individua. ... palam quod vocatur genus neque idem neque diversum specie nullum eorum que ut genus specierum. materia enim negatione ostenditur. genus autem materia cuius dicitur genus non ut eraclitorum sed ut in natura. neque ad ea que non in eodem genere sed differunt genere ab illis. specie vero ab eis que in eodem genere. contrarietatem enim necesse esse differentiam non differre specie. hoc autem est in eodem genere existentibus solum.

Dubitabit autem utique aliquis quare femina animali non specie differt quamvis masculino et feminino existente differentia autem contrarietate. et animal masculinum et femininum diversum est specie. quamvis per se animalis hec sit differentia et non ut albedo aut nigredo sed in quantum animal et femininum animal et masculinum. Est autem dubitatio hec fere eadem et propter quid quedam contrarietas facit specie diversa. hec enim ambulativum et volatile. sed albedo et nigrum nigredo non. quia hec quidem sunt specie proprie passiones generis. illa vero minus. et quoniam est hoc quidem ratio. hoc autem materia. quecumque in ratione sunt contrarietates specie faciunt differentiam. quecumque vero in concepto cum materia non faciunt. Quapropter hominis

albedo non nigredo uero albi hominis est differentia secundum speciem ad nigrum hominem nec si uel nomen imponatur ut materia enim homo non facit autem differentiam materia. non enim hominis species sunt homines propter hoc quamuis diuerse carnes et ossa ex quibus hic et hic. sed simul totum diuersum quidem non specie uero non diuersum quia in ratione non est contrarietas. hoc autem est ultimum indiuiduum. callias uero est ratio cum materia et albus utique homo quia callias albus per accidens homo albus. nec erit circulus eneus et ligneus nec triangulus eneus et circulus ligneus non propter materiam specie differunt sed quia in ratione est contrarietas. utrum autem materia non facit diuersa specie ens aliqualiter aut est ut facit. propter quid enim hic equus ab hoc homine diuersus est specie. et harum rationes cum materia sola aut quia in ratione contrarietas. et enim hominis albi et nigri equi diuersitas est specie. sed non nigri hic albus et ille niger. quoniam et si albo albi essent tamen essent specie diuersa. Masculus uero et femina animalis proprie sunt passiones sed non secundum substantiam. uerum in materia et corpore propter quod idem sperma femina aut masculum fit passum passione aliqua. Quid quidem igitur est diuersum et quia alia differunt specie alia non dictum est. Quoniam uero contraria diuersa specie corruptibile et incorruptibile sunt que dicimus de hiis uerbis nondum ut autem uidebitur non necesse esse quodcumque incorruptibile et corruptibile diuersa specie esse. Quemadmodum nec album et nigrum. idem enim contingit esse et simul si fuerit uniuersale quemadmodum homo erit utique albus et niger. et quidem albus contrarium nigro. sed contrariorum hec quidem secundum accidens insunt quedam ut que nunc dicta sunt et que multa. hec autem impossibile quorum est et corruptibile et incorruptibile. nichil enim est corruptibile secundum accidens. nam accidens quidem contingit non existere et corruptibile ex necessitate existentium est quibus inest. aut erit idem et unum corruptibile et incorruptibile si contingit non existere ipsi corruptibile. aut substantiam igitur aut in substantia necesse est inesse corruptibile unicuique corruptibilium. eadem uero ratio et de incorruptibili. ex necessitate enim existentium ambo sunt. in quantum igitur et secundum quod primum hoc quidem corruptibile hoc autem incorruptibile habent oppositionem, de necessitate genere esse diuersa. Palam igitur quia non contingit esse species tales quales dicunt quidam. erit enim homo hic quidem corruptibilis hic autem incorruptibilis. equidem specie dicuntur esse species et non equiuoce. diuersa uero genere plus distant quam que specie.



Quod quidem sapientia de principiis scientia sit palam ex primis in quibus dubitatum est ad dicta ab aliis de principiis. Dubitabit autem aliquis utrum unam existimare oportet sapientiam scientiam aut multas. Si quidem enim unam, una autem est semper contrariorum, principia autem non contraria. Si autem non unam, quales oportet ponere has. Adhuc speculari demonstrationis principia unius aut plurium. Si quidem enim unius quare magis huius quam cuiuslibet. Si autem plurium quales oportet has ponere. Adhuc utrum substantiarum omnium aut non. Si quidem enim non omnium qualium difficile assignare. si autem omnium una non manifestum quomodo contingit plurium eandem scientiam esse. Adhuc utrum circa substantias solum aut et circa accidentia demonstratio est. si enim circa accidentia demonstratio est circa substantias non est. si autem altera que utriusque et utra sapientia demonstratiua quidem autem que circa accidentia sed autem que circa prima que substantiarum. Sed utique circa dictas in physicis causas querere scientiam ponendum. neque enim circa quod cuius gratia. tale enim bonum autem hoc in operabilibus existit et existentibus in motu et hoc primum mouet. tale enim finis. primum autem mouens non est in immobilibus. Totaliter autem dubitationem habet utrum quidem circa sensibiles substantias est quesita nunc scientia aut non et circa quasdam alteras. Si enim circa alias aut circa species aut sicut circa mathematica quidem. quod non sunt palam. Autem dubitationem habet et si est quis eas ponat propter quid quidem

[illegible marginal annotations]

na quadruos in mathematicis sic hec et in
aliis quorum sunt species dico autem quod in ma
dee medicina species quorum fuerunt et sensibi
lium velut totalia quedam preter species et a hic
totus autem homo non est neque equus preter
autem et singulares. Si autem verum non
est ut dicunt esse ponendum negocia
ti. mathematicum. non enim utique esse ea
que hic bonum. neque nullum est quale mathe
maticum sciam nec tamen esse mathe quidam alia
nunc est substantia separabilem. neque ipsorum nulli
sunt neque sensibilium substantiarum corruptibiles
enim totaliter autem dubitabit utique
aliquis cuius est sic dubitare de maxime sub
neque. phisice enim esse theoria in ipsis prin
cipium motus et quietis naturalis esse
omne negocium neque est intendentes
demone et substantia esse hoc ipsum genus. consi
derationem facere relinquitur quod speculatiua phi
losophia de ipsis consideratione facere.
Dubitabit utique quis si oportet querere que
dam substantiam esse preter vocata ab aliquibus
elementa sunt autem omnes contraria opportunis preter
magis autem utique videbitur inmobi
lium opportere esse quandam substantiam. omnis
enim res et omnes sunt eternum non extre
morum erunt utique sic primorum gene
rum sunt autem sicut utique ens et unum
hoc enim maxime principia vidi. quia
principia natura sunt corruptis autem
his conveniunt reliqua. omnia enim et
et unum sunt quod autem differentias ipsis necesse
participare si ponat quis genera dif
ferentia autem nulla genera parti
cipat sic non utique videbitur oportere
tere ipsa poni genera neque principi
a. Adhuc autem si magis princi
pium quod simplicius eo quod minus ta
le. ultima autem eorum que ex genere sunt
principiora generibus individua enim genera
autem in plura et differentia dividunt
magis utique principium videbitur esse
species generibus alia autem continentur
generibus species genera principiis assimilantur
magis principium. neque quod intemit. quidem
de quibus dubitationem habent sunt et talia sunt al
tera. Adhuc autem oportet ponere aliquid preter sin
gularia aut non. sed horum quedam substantia sunt
infinita que vero preter singularia ge
nera aut species autem si neutrum horum
quedam nunc substantia est quod est impossibile omnium est
enim totaliter dubitationem habet utrum opor
tet aliquam existimare illam separabilem preter
sensibiles illas et eas que hic aut non sed
has esse entia et esse has sapiam querentes circa
aliquem. enim videntur aliam quandam et ipsius
tum hoc vobis dico autem scire quidem
separabile per se et nulli sensibilium exi
tis. Adhuc autem si preter sensibiles illas
est quedam alia illa preter quales sensibilium
oportet ponere hanc esse. quid enim magis preter ho
mines aut equos aut aliorum animalium
ponet quis ipsam aut inanimatorum to
taliter equales aut sensibiles et corrup
tibilibus constituit perpetuas alteras aliquale
re extra rationalia videbitur utique cadere
si autem non separabile a corporibus nunc autem
nunc principium est quod utique aliquis aliquid po
net magis materia hoc tamen actu illud
non est posito autem est magis quod utique principium
principalius hanc videbitur esse species et for
ma. hoc autem corruptibile quare totaliter
non est perpetua illa. illa separabilis et per se.
sed inconveniens. videtur enim et queret
a gratiosissimis talis existens quedam princi
pium et illa talis. qualiter enim erit ordo non exi
stente aliquo principio perpetuo et separato
et manente. Adhuc autem si aliquid est aliqua illa
et principium tale secundum naturam quale
nunc querimus et si unum omnium et idem perpetu
orum et corruptibilium dubitationem habet
quid quidem eodem principio existente sunt aliqua sunt perpe
tua eorum que ab principio. sed que non perpetua
hoc enim videns. si aliquod principium est cor
ruptibilium. aliud autem perpetuorum si quidem per
petuum et quod corruptibilium erit dubi
tamus enim quare enim non perpetuo principio existente

ut quod est principio propria corruptibili autem aliquis
ad quod principium sit unius et illius alte-
rum hoc in infinitum procedet. Si autem tunc sit
quis ponat maxime principia enim immobilia esse
esse tum praeter hec quidem si non hoc aliquod et substantia u-
triusque horum sed quales erunt separabilia et per
se. Talia autem credimus principia et prima. Si vero est
aliquid et substantia utrique horum sed omnia erunt
ista entia de omnibus. Non enim praedicatur de aliquibus
autem et unum substantiam autem esse omnia entia
sunt. Adhuc autem primum principium quod unum
dicentibus et substantiam et unum autem et unum gene-
nerit prius et hanc substantiam dignum esse. Quomodo autem quoniam
verum est. Dualitate enim et reliquis unumquemque
numerum compositorum quomodo unum oportet intelligere
de hoc enim non dicunt. Neque facile dicere. Si
vero lineas aut illis habita dico aut superficies
prima ponat aliquis principia. Hec autem non
sunt separabiles substantie sed sectiones autem et divisio-
nes hee quidem superficierum, hee autem corporum,
puncta autem linearum. Adhuc autem terminus eorun-
dem. Omnia autem hec in aliis existunt et
separabile nullum. Adhuc quomodo substantiam oportet
estimare unius et puncti. Illic quidem enim
omnis generatio est, puncti autem non est. Divisio enim punc-
tum. Facit autem et habet dubitationem et omnem scien-
tiam esse universalium et talium, substantiam autem universalium non
esse magis autem hoc aliquid et separabile, quare si est
aliquid scientia, quomodo oportet principium exi-
stimare substantiam esse. Adhuc autem utrum aliquid
praeter synolon an non. Dico autem materiam et quod
cum hac sit aliquid. Non autem quidem in materia
corruptibilia omnia. Si autem est aliquid utique
et forma. Hoc igitur in quibus est et non difficile
determinare. In quibusdam enim palam non
existens separabilis species, puta domus. Ad-
huc utrum principia eadem specie aut numero
eadem. Si enim numero eadem erunt omnia.

Quoniam autem philosophi scientia entis in quantum
ens universaliter et non secundum partem, ens autem
multipliciter et non secundum unum dicitur modum, si quidem
equivoce secundum commune autem nihil non est sub una
una scientia. Non enim unum genus talium.
Si autem secundum commune erit utique sub una
una scientia videtur utique dictum modo dici
quemadmodum medicinale et salubre
et enim horum utrumque dicitur multipliciter. Dicitur autem secundum unum-
quemque modum eo quod hoc quidem ad me-
dicinalem scientiam reducitur aliqualiter,
hoc autem ad sanitatem, hoc autem aliter ad idem
ad unumquodque medicatis. Sermo enim et
cultellus dicitur eo quod hic quidem a me-
dicinali scientia est, hic autem huic utilis.
Similiter autem et salubre, hoc quidem enim quia signi-
ficativum sanitatis, hoc autem quia factivum.
Idem autem modus et in reliquis. Eodem utique
modo et ens omne dicitur eo enim quia entis in quantum ens
passio aut habitus aut dispositio aut mo-
tus aut aliorum talium dicitur unumquodque ip-
sorum ens. Quoniam autem omnis entis ad unum
aliquod et commune reductio fit, et contrarietatum una-
quaeque ad primas et differentias reducetur
entis sive pluralitas et unum sive similitudo
tudo et dissimilitudo primae entis sunt dif-
ferentie sint autem et aliae. Hec enim speculata sunt
dicere autem nihil entis reductionem ad ens
aut ad unum fit. Et enim si non idem sed aliud
convertitur quidem enim unum ens aliqualiter et ens
unum. Quoniam autem sunt contraria omnia eiusdem et
unius scientie speculari, dicitur autem unumquodque
ipsorum secundum privationem et utique quamvis dubi-
tabit aliquis quomodo dicuntur secundum privationem
quorum est intermedium quemadmodum iniu-
sti et iusti. Ad omnia utique talia privationem o-
portet non totius ponere sed ultime speciei. Pu-
ta si est iustus secundum habitum quendam obediens
legibus, non semper iniustus erit tota pri-
vatus ratione esse persuadi a legibus defi-
ciens in aliquo et secundum privationem inest ipsi. E-
odem autem modo et in aliis quemadmodum au-
tem mathematicus circa ea que ex ablatio-
ne theoriam facit auferens enim omnia sen-
sibilia speculatur, puta gravitatem et
levitatem et duritiem et contrarium. Adhuc
autem caliditatem et frigiditatem et alias sensi-
biles contrarietates, solum autem derelinquit
quantum et continuum, horum autem ad unum, horum autem

duo. Horum vero ad ea et passiones horum inquantum quanta sunt et continua sunt et secundum unumquodque ad speculatur, et horum quae circa eas quae adinvicem positiones considerat et huic existentia. Horum autem commensurationes et incommensurationes, horum vero rationes; sed tamen omnium unam et eandem ponimus scientiam geometricam. Eodem modo habet et circa ens. Huius enim inquantum est ens accidentia inquantum est ens et contrarietates ipsius inquantum ens non alterius scientie quam philosophie speculari. Naturali quidem enim non inquantum entia magis quam inquantum motus participant theoriam utique quis distribuet. Dialectica vero et sophistica sunt accidentium quidem entibus, non autem inquantum entia, nec circa ens ipsum inquantum ens est. Quare relinquitur philosophum inquantum entia sunt esse circa dicta speculativum. Quoniam autem ens omne secundum unum aliquid et commune dicitur multipliciter dictum, et contraria eodem modo ad primas enim contrarietates et differentias entis reducuntur; talia autem possibile sub una scientia esse, dissolvetur utique quae in principiis dubitatio. Dico autem in qua dubitatum est quomodo erit multorum et differentium genere una aliqua scientia.

Quoniam autem mathematicus utitur communibus proprie et horum principia erit utique speculari prime philosophie. Quod enim ab equalibus ablatis que relinquuntur equalia, commune quidem est in omnibus quantitatibus, mathematica autem assumens est aliquam partem convenientis nature materie facit theoriam, puta est lineas aut angulos aut numeros aut reliquorum aliquid quantorum, non inquantum entia sed inquantum continuum ipsorum unumquodque aut in unum aut duo aut tria. Philosophia autem de hiis que in parte inquantum horum unicuique accidit non considerat, circa ens autem inquantum ens talium unumquodque speculatur. Eodem autem habet modo et naturalis scientia mathematice. Naturalis enim accidentia et principia speculatur entium inquantum mota et non inquantum entia. Subiectam

sed non alterum aliquid, propter quod et hanc et mathematicam scientiam partes sapientie esse ponendum.

Est autem quoddam in entibus principium circa quod non est mentiri, contrarium autem est necessarium semper facere; dico autem verum dicere, puta quod non contingit idem secundum unum et idem tempus esse et non esse et alia ipsis opposita secundum modum eundem. Et de talibus simpliciter quidem non est demonstratio, ad hunc autem est non. Non enim est ex credibiliori principio hoc ipso facere sillogismum; oportet autem si quidem erit simpliciter demonstrare. Ad dicentem autem opposita dictiones ostendenti quare falsum sumendum aliquid tale quod idem quidem erit ei quod est non contingere idem esse et non esse secundum unum et idem tempus, non videbitur autem idem esse; sic enim solum demonstrabitur ad dicentem contingere opposita dictiones verificari de eodem. Futuros itaque invicem ratione communicare oportet aliquid ipsorum intelligere; non facto autem hoc quomodo erit communicatio hiis ad invicem sermonis? Oportet igitur nominum unumquodque esse notum et significare aliquid et non multa, solum autem unum; si autem plura, significare manifestum ad quod sunt nomina horum. Dicens itaque hoc esse et non esse hoc, quod dicit totaliter non dicit, quare quod significat nomen hoc non inquit significare; hoc autem impossibile. Quare si quid significat hoc esse, sed contradictionem verificari impossibile de eodem. Adhuc autem si quid significat nomen et verificatur, oportet et hoc ex necessitate esse; quod autem ex necessitate, non contingit tunc non esse. Opposita igitur non contingit dictiones et negationes verificari de eodem. Adhuc autem si nichil magis dictio quam negatio verificatur, dicens hominem esse aut non hominem nichil magis verum dicet. Videbitur autem utique non equum esse dicens hominem et magis aut non minus verum dicere quam non hominem quam equum, et equum dicens eundem esse verum dicere. Opposita igitur similiter verum erit di-

vere. Accidet quidem eundem hominem esse et
equum aut aliorum aliquid animalium. demonstra-
tio quidem quae nulla est horum. Ad ponen-
tem tamen secundum demonstrationem cito auferetur utique
quis et ipsum Heraclitum hoc interrogans
modo cogeret confiteri numquam oppositas dictiones esse
de eisdem verificari. nunc autem non intelligens
se ipsum quid dicit fecit acceptam opinionem is-
tam. Totaliter si quod dicitur ab ipso est verum neque utique
ipsum hoc verum erit dico autem contingere idem
secundum unum et idem tempus esse et non esse. quemadmo-
dum enim et divisis illis nihil magis affirma-
tio quam negatio verificatur eodem modo et simul
utriusque et complexi velut una quadam
affirmatione posita verum erit adhuc si nihil est
vere affirmare et utique hoc ipsum falsum
erit dicere nullam veram affirmationem existe-
re. Si autem est solvetur utique quod dicitur ab his
qui talia instant et penitus auferentibus
disputare. Simile autem dictis est et quod dictum est
a Protagora. et enim ille dicit omnium esse
ad mensuram hominem nihil aliud dicens quam
quod videtur unicuique hoc et esse firmiter.
hoc autem facto idem accidit et esse et non esse
et malum et bonum esse et alias secundum oppositas
dictiones dictas quoniam multociens quidem videri
hoc esse bonum his autem contrarium et men-
suram autem esse quod videtur unicuique. Sol-
vetur autem utique hec dubitatio considerantibus
unde venit existimationis principium. videtur enim qui-
busdam et physiologorum opinione. aliis
autem ex non eadem de eisdem cognoscere
quidem his quidem delectabile hoc videri
his contrarium. nam nihil ex non ente fit omne
autem ex ente fere omnium commune dog-
ma est eorum qui de natura. quoniam igitur non album
fit ex albo perfecte existente et nequaquam ex-
albo. non autem factum nunc album fieret u-
tique ex non ente non albo quod fit non al-
bum. Quare ex non ente fiet utique secundum illos
si non existit non album idem et album non.
difficile autem dissolvere dubitationem hanc.

dem. Et enim et Physicis quemadmodum ex non ente
fiunt quae fiunt et omnia ex ente. Sed et simile
attendere utrisque opinionibus et phanta-
siis ad ipsos dubitantium stultum au-
tem palam. nam quod alteros ipsorum necesse
mentiri. palam autem ex his quae fiunt secun-
dum sensum. numquam enim videtur idem his quidem
dulce his autem contrarium non corruptis
et privatis alteris secundum organum sensus et
iudicatorium dictorum saporum. hoc autem existente
alteros quidem non existimandum mensuram esse
alteros autem non putandum. Similiter autem hoc
dico et in bonis et malis et pulcro et tur-
pi et aliis talibus. nihil enim differt hoc
significare quam que apparent sub inter-
ponentibus digitum et facientibus ex uno
videri duo oportere semper esse appa-
rere tanta et tamen minime non moventibus
enim visum unum apparet quod unum. Omnino
totaliter autem inconveniens ex videri pro-
pter quod hic permutantia et nequaquam permanentia esse
de ex hoc de veritate iudicium facere.
oportet enim ex semper secundum eadem habentibus et nullam
unam permutationem facientibus verum ve-
nari. talia autem sunt quae secundum mundum. hec
enim non quandoque quidem talia. iterum autem alia vi-
dentur. autem eadem semper et permutatione nul-
la participant. Adhuc autem si motus
est et motum aliquid movetur autem omne ex
aliquo et ad aliquid. oportet igitur quod movetur esse adhuc
in illo ex quo movebitur et non esse in illo
et ad hoc moveri et fieri in hoc secundum contradictionem autem
non verificari secundum ipsos. et si secundum quantum con-
tinue perpetua fluunt et moventur et
quis ponat et quidem non verum existens
propter quid secundum quale non manet. videntur enim non
minime quae secundum contradictiones eundem predicari existi-
mare quantum non manere in corporibus ipse
et esse quadricubitum idem et non esse. substantia
autem secundum quale. hoc autem determinate na-
ture. adhuc propter quid iubente medico hunc
cibum afferre offerimus. quare enim

magis pernis est aut non est? quando iterum utique debebit comedere aut non comedere. Nunc autem velut vere dicentes esse ipsum et existente nullo cibo hoc offerunt, hunc quamvis non oporteret, non permanente firmiter ulla natura in sensibilibus sed semper omnibus motis et fluentibus. Adhuc si quidem alteramur semper et nunquam permanemus idem, quid admirabile si nunquam nobis eadem videntur, quemadmodum laborantibus? Et enim hiis propter non similiter dispositi secundum sensum et quando sani et ante non similia videntur que secundum sensum ipsorum, nulla propter hoc participantia permutatione sensibilia ipsa, sed dissimiles et alias facientia laborantibus et non easdem eos eorum modo habere et dictam permutationem fieri forte necessarium est. Si vero non permutamur sed permanemus entes, erit utique quid manens. Ad habentes quidem igitur dictas dubitationes ex ratione non facile dissolvere non ponentibus aliquid et horum non adhuc rationem exigentibus; sic enim omnis ratio et omnis demonstratio fit. Nihil enim ponentes interimunt disputare et totaliter rationem. Quare ad tales quidem non est sermo. Ad dubitantes autem ex traditis defectibus facile obviare et dissolvere facientia dubitationem in ipsis. Palam autem ex dictis quod nec contradictiones verificari contingit de eodem secundum unum tempus, nec contraria, propter dici omnem contrarietatem secundum privationem. Palam autem hoc ad principium resolventibus contrariorum rationes. Similiter autem neque intermediorum nullum possibile est predicari de uno et eodem. Albo enim existente subiecto, dicentes ipsum esse neque album neque nigrum mentientur. Accidit enim album esse ipsum et non esse; alterum enim complexorum verificabitur de ipso. Hoc autem est contradictio alterius. Neque utique secundum Eraclitum contingit dicentes verum dicere, neque secundum Anaxagoram; si autem non, accidet contraria de eodem predicari. Quando enim in omni dicit omnis esse partem, nihil magis dulce esse quam amarum aut reliquarum quamcumque contrarietatum, siquidem in omni omne

existit non potentia solum sed actu et segregatum. Similiter autem neque omnes falsas neque veras possibile esse, et propter alia multa collecta utique difficilia propter hanc positionem, et quia falsis quidem existentibus omnibus neque hoc ipsum aliquis dicens verum dicet, veris autem falsas esse omnes dicens non mentietur.

Omnis autem scientia querit aliqua principia et causas circa unumquodque eorum que sub ipsa scibilium, puta medicativa et exercitativa et reliquarum unaqueque factivarum et doctrinativarum. Unaqueque enim harum circumscribens aliquod genus ipsi circa hoc negotiatur tamquam existens genus et ens, non inquantum autem ens, sed altera quedam preter has scientias scientia. Dictarum autem scientiarum unaqueque sumens aliqualiter quod quid est in unoquoque genere temptat ostendere reliqua debilius aut certius. Sumunt autem quod quid est: hec quidem per sensum, hec autem supponentes; propter quod et palam ex tali inductione quod substantie et eius quod quid est non est demonstratio. Quoniam autem est quedam nature scientia, palam quod et a practica altera et a factiva erit. Factive quidem enim in faciente et non in facto motus principium; et hoc est sive ars sive aliqua alia potentia. Similiter autem et practice non in agibili magis quam in agibili, magis autem in agentibus motus. Que autem physici circa existentia in ipsis motus principium. Quod quidem igitur neque activam neque factivam sed speculativam necessarium esse naturalem scientiam palam ex hiis; in unum enim aliquod istorum generum necesse cadere ipsam. Quoniam autem quod quid est necessarium unicuique aliqualiter scire et hoc ut principio uti, non latere qualiter diffiniendum naturaliter et qualiter sumenda ratio substantie, utrum ut simum aut magis ut concavum. Horum enim simi quidem ratio cum materia dicitur eius que rei, que autem concavi sine materia. Simitas enim in naso fit, propter quod et ratio

cpus cum naso dei est. simul n. est natis
actinus nrm g q rotunus et oculi et reliq
rum prtm cum materia semp ronem reddes
Palam autem est quam sciam entis ut enim
ens et separabile considerans utrum eadem na
turali eadem est hanc aut magis alteram
eade ponds. Naturalis quidem g est sb̃stantia habentia
subiectia motus principiu in ipsis est. ma
thematica autem speculativa quidem et est maxima
quadam hec. sz non est separabilia cum separabi
le g ens et immobile altera ab utris ambo
bus sciens est aliqua si quidem existit alia
substantia talis. dico autem separabilem et immobilem
quam quidem temptabimus ostendere et si quidem
est aliqua talis natura in entibus hic utiq
erit et quod divinum et hoc utiq erit primum
et principalissimum principium. palam
g quia tria genera speculativarum scientiarum sunt
naturalis mathematica theologia opti
mum quidem speculativarum genus hoc autem
ipsarum ultima dicta est honorabilissima
circa honorabilissimum. meliora et deteriora unaqueque
dicitur secundum proprium scibile. Dubitabit autem
utiq aliquis utrum quis utrum entis ut est
ens scientiam uniuersalem oportet ponere aut non. ma
thematicarum autem quidem n. namque est unum genus
determinatum est. alia autem vero communis de omnibus
si quidem g naturales substantie prime entium
sunt et naturalis utiq prima scientiarum erit
si autem est altera natura et substantia separata et im
mobilis alteram necesse et scientiam ipsius
esse et priorem naturali et universalem eo
quod prior est.

Quoniam autem simpliciter ens secundum plures dicitur modos
quorum unus est qui secundum accidens dicit
dicitur: considerandum primo de sic ente quod quidem
de ipso g nulla traditarum scientiarum negoci
atur est accidens palam. Neque enim e
dificativa considerat quod accidet utenti
bus domo puta si triste aut contrarie
habitabunt neque textiva textura neque
coriaria neque coquinaria. Sed quelibet secundum ipsam una
quarum hoc considerat solum scilicet hoc autem proprius
finis neque musicum et grammaticum neque non
existere musicum et grammaticum quod factus cum
musicus fuerit erunt ambo prius non est quod autem
non semper ens est factum est. Quare quod simul mu
sicus factus est et grammaticus hoc autem nulla earum
considerare existentium scilicet nisi sophistica est acci
dens. n. sola negociatur unde plato non
male dixit dicens esse non ens sophistam
versari. Quod autem neque contingens est esse accidentis sci
entiam manifestum utiq erit temptantibus scire quid est
accidens omne utique dicimus esse sic quidem semper
et ex necessitate necessitate autem non secundum viole
lentiam dicta sed qua utimur in hiis que
secundum demonstrationes hoc autem ut in pluries sic vero
neque ut in pluries neque semper ex necessitate sed
ut contingit puta sub cane fiet utique frigus
sed hoc neque ut semper ex necessitate neque
ut in pluribus. Quod accidens quidem g est accidens dictum est
quod autem non est scientia talis palam scientia quidem
enim omnis semper entis aut ut in pluries
accidens autem in neutro horum est. Quod autem
secundum accidens entis non sunt cause et princi
pia talia qualia secundum se entis palam. erit
enim omnia ex necessitate. Si n. hoc quidem est
hoc ente hoc vero hoc ente hoc autem
autem non ut contingit sed ex necessitate et ne
cessitate erit et cuius hoc erit causa usque
ad ultimum dictum causatum. hoc autem erat
secundum accidens. Quare ex necessitate omnia erunt
et utrumque contingens et accidere et fieri et non
omnino ex generatis aufertur. Et si non exi
stens sed quod fit causa supponatur eadem
accident. omne n. ex necessitate fiet.
Si n. cras eclipsis fiet si hoc fiat
hoc autem si alterum aliquid et hoc utique
modo abstracto tempore eo quod a nunc
usque cras ablato tempore veniet
quando existens quare si aliquid hoc est omnia
ex necessitate fiant. que secundum hoc fient

ut omnia ex necessitate fiant quare aut ut verum ens et per accidens hoc quidem est in complexione mentis et passio in hac ipsa quod est autem quod extra ens et separabile hoc autem non necessarium sed infinitum dico autem quod per accidens tale autem est inordinate et infinite est quare autem gratia huius in hiis que a natura fiunt et a mente fortuna autem est quando horum fit per accidens sic et causa fortuna autem per accidens causa infinitis existens per electionem eorum que gratia huius sunt propter hoc quod est eadem fortuna et mens. electio enim non sine mente est autem infinite causabilis unde quod a fortuna ipsa quod immota humane cognitioni et est per accidens simpliciter quidem nullius bona autem fortuna et mala bonum aut malum eutychia quidem et infortunium est horum magnitudinem circa quidem nullum per accidens prius hiis et cum hiis cum neque prius est et natura.

Est autem hoc quidem actu solum hoc autem potentia et actu hoc quidem ens hoc aliquid quantum hoc autem reliquorum non est quidem motus preter res permutatur enim semper per entis cathegorias commune quidem autem in hiis nullum est quod non est in una cathegoria. unumquodque autem dupliciter existit omnibus ut puta hoc aliquid illud quidem forma ipsius hoc autem privatio et per quale hoc quidem album hoc quidem nigrum et per quantum hoc autem imperfectum et perfectum. hoc quidem sursum hoc quidem deorsum aut leve hoc autem grave. quare motus et permutationis tot species quot entis. Diviso quidem per unumquodque genus hoc quidem potentia hoc autem actu eius quod potentia in quantum tale est actu dico motum. quod autem vera dicimus hinc palam. quando enim edificabile in quantum tale ipsum dicimus esse actu tunc edificatur et hoc est edificatio similiter doctrina medicatio. ambulatio. saltatio orbatio accidit autem moveri quando fuerit actu eadem et neque prius neque posterius iam potentia entis quod actu ens operatur non in quantum ipsum sed in quantum mobile motus est dico autem in quantum sic est. est enim es potentia statua sed tamen non eris actus in quantum es est motus. non enim idem est et potentia cuidam. quoniam si idem erat simpliciter et secundum rationem erit utique ens actus motus quidem non idem quidem. palam autem in contrariis posse quidem enim sanari et posse laborare non idem. et enim si sanari et laborare esset idem idem quod et sanum et languens fuit humiditas sive sanguis idem et unum. quoniam autem non idem quemadmodum neque color idem et visibile manifestum potentie actus est motus. quod quidem enim est hoc et quod accidit tunc moveri quando fuerit actu sic et neque prius neque posterius palam quare enim unumquodque aliquando quidem actu esse aliquando autem non. puta edificabile in quantum edificabile et edificabilis actus in quantum edificatio. est autem enim sive domus est autem edificatio actus. sed cum domus fuit non adhuc edificabile erit ut edificatur autem edificabile necesse igitur edificationem actus esse. edificatio quidem motus quidem eadem autem ratio et in aliis motibus quod quidem bene dictum est palam autem ex quibus alii dicunt de ipso et ex eo quod non facile est diffinire aliter ipsum. neque enim in alio quidem genere potuit utique ponere ipsum. palam quidem ex quibus ea dicunt quidem alteritatem et inequalitatem et non ens quorum nullum necesse moveri. sed neque permutatio neque ad neque ex eis magis quam ex oppositis. Causa autem utique ponendi quod infinitum quidem videtur esse motus alterius quidem coelementationis principia. quod privativa sunt indeterminata est. preter enim hoc tale nullum ipsorum neque reliquorum predica

alterum. Causa autem quod videtur indeterminatus esse
quia neque in privationem entium neque in actum est ponere
ipsum neque enim possibile quantum esse movetur ex
necessitate neque quod actu quantum. Et motus actus quidem
videtur esse quidam imperfectus. Causa autem quia
imperfectum quod possibile est cuius est actus. Et propter hoc
difficile ipsum sumere quid est: aut enim in privationem
necesse ponere aut in potentiam aut in actum
simpliciter horum autem nullum videtur contingens.
Relinquitur ergo dictum modum esse et actum et non
actum dictum videre quidem difficile contingentem
tamen esse. Et quod est motus in mobili palam;
actus enim est huius a motivo. Et motivi
actus non est alius. Oportet quidem enim esse actum
amborum: motivum quidem enim est in posse
movens autem in operari. Sed est activum mobilis.
Quare similiter unus amborum actus quemadmodum
eadem distantia unius ad duo et
duo ad unum et ascendentis et descendentis
sed unum esse non. Simpliciter autem et in movente
et moto.

Infinitum autem aut quod impossibile pertransire
eo quod non sit natum pertransiri quemadmodum
vox invisibilis aut pertransitionem habens imperfectam
aut quod vix aut natum est non habet
pertransitionem aut terminum. Adhuc appositione
aut ablatione aut ambobus. Separabile quidem
esse ipsum ab his sensibilibus aut non possibile
esse. Si enim neque magnitudo aut multitudo sit
quod infinitum, sed infinitum sicut vox invisibilis
sit, sed non sic dicunt neque nos
querimus sed tamquam impertransibile. Adhuc
quomodo contingit per se infinitum si non et numerus et magnitudo
quorum passio infinitum. Adhuc si
secundum accidens non utique erit elementum entium in quantum
est infinitum quemadmodum neque invisibile lo-
quele quamvis vox invisibilis. Et quod non est actu esse
infinitum palam erit: quoniam ipsum in
finita pars accepta infinito enim esse et
infinito idem si quod substantia infinitum et non
de subiecto. Quare aut indivisibile aut infinita divisibile
si partibile. Multa autem esse idem esse impossibile
infinita quemadmodum enim pars aeris aer sic
sit infinitum infiniti si est substantia et principium.
Impartibile ergo et indivisibile. Sed impossibile
actu actu ens esse infinitum; quantum enim esse necesse.
Secundum accidens ergo existit. Sed si sic dictum est quod non
contingit idem esse principium sed id cui accidit aerem
aut parem. Hec ergo quidem universaliora inquisitio
magis; quod autem in sensibilibus non est huiusmodi pa-
lam. Si enim corporis ratio superficie deter-
minata non erit utique infinitum corpus
corpus neque sensibile neque intelligibile neque
numerus ut separatus et infinitus.
Numerabile enim numerus aut habens numerum. Naturaliter
autem ex his quidem palam. Neque enim com-
positum possibile esse neque simplex. Compositum
quidem enim non erit corpus si infinita mul-
titudine elementa. Si enim aliquis deficiet alterius
corporis virtus corrumpetur ab infinito.
Infinitum nunquam quam impossibile infinitum esse.
Corpus enim quod omnino habet distantiam; infinitum
enim quod infinite distat. Quare infinitum corpus
omnino erit infinitum. Neque unum autem sim-
plex contingit infinitum esse corpus neque
ut dicunt quidam preter elementa ex quo generantur
hoc. Non enim est tale corpus preter elementa. Omne
enim ex quo est et dissolvitur in hoc. Non
videtur quod est sed simplicia corpora neque
ignis neque aliquod aliud elementorum nullum;
sine enim eo quod est infinitum esse aliquid ipsorum
impossibile omne et si sit infinitum quod est esse
aut fieri unum aliquid ipsorum quemadmodum
quemadmodum Eraclitus ait omnia quidem fieri
quando ignem. Eadem autem ratio et in uno
quod faciunt preter elementa physici. Omnia enim
permutantur ex contrario ut in calido in
frigido. Adhuc sensibile corpus ali-
cubi et idem locus totius et partis sicut
terre. Aliter si quidem eiusdem speciei

motile erit aut semper feretur. hoc autem impossibile
quare non magis deorsum quam sursum aut
utrobique. puta si sit insimul hoc movebitur
aut movebit. locus enim ipsius quanti-
tatis corporis infinitus. optinebit
quidem totum locum et quomodo? quiescet igitur mansio
et motus? si ubique manet non movebitur
aut ubique non quiescet quidem stabit. si autem dissimile
totum dissimilia et loca. primum quidem non
unum corpus omnis nisi tactu. deinde finita
hec erunt aut infinita specie. infinita quidem igitur
non possibile. erunt enim hec quidem infinita hec autem
non. si omne infinitum puta ignis aut aqua aut
corpus autem quod tale contrarium si autem infinita et simpli-
cia et loca infinita et erunt infinita elementa. si
autem infinita et simplicia loca finita et de ne-
cesse finitum esse. Totaliter autem impossibile infinitum
esse corpus et locum corporibus si omne corpus sensibile
aut gravitatem habet aut levitatem. aut enim ad medium aut sur-
sum fertur. impossibile autem infinitum aut omne aut
dimidium quorum passum esse. quomodo enim dividens aut
quomodo infiniti erit hoc quidem deorsum hoc autem
sursum aut extremum et medium. adhuc
omne sensibile corpus in loco. loci autem species sex.
impossibile autem in infinito corpore has esse. totali-
ter autem si impossibile locum infinitum esse et corpus
impossibile. quod enim in loco alicubi hoc autem significat
aut deorsum aut sursum aut reliquorum aliquid
horum. aut unumquodque terminus quidem. infinitum
autem non idem in magnitudine motu et tempo-
re et una quedam natura, sed quod posterius dicitur
secundum prius puta motus secundum magnitudinem
in qua movetur aut alteratur aut augetur tem-
pus autem propter motum.

Permutatur autem quod permutatur hoc quidem secundum acci-
dens ut musicum ambulare. hoc autem
eo quod huius aliquid permutatur simpliciter dicitur permuta-
ri puta quecumque secundum partes. sanatur enim cor-
pus quoniam oculus. est autem aliquid quod primum per se mo-
vetur et hoc est per se mobile. est autem idem et in
movente eodem modo. movet enim secundum accidens
hoc quidem secundum partem hoc autem per se. est autem aliquid mo-
vens primum. est autem quod movetur. adhuc
autem in quo tempore et ex quo et in quod. species autem
et passiones et motus in qua movetur mo-
ta autem mobilia sunt puta scientia et cali-
ditas. est autem non caliditas motus sed
calefactio. que autem non secundum accidens permuta-
tio sit non in omnibus existit sed in contrariis et inter-
mediis et in contradictione. huius autem fides ex
inductione. permutatur autem quod permutatur aut
ex subiecto in subiectum aut ex non subiecto in non subiectum
aut ex non subiecto in subiectum aut ex non subiecto
in non subiectum. dico autem subiectum quod affirmatione
monstramus. quare tres esse necesse permuta-
tiones. que enim ex non subiecto in non subiectum non est per-
mutatio non enim contraria neque contradictio est quare non opposito
autem quidem non ex subiecto in subiectum secundum contradictionem ge-
neratio est. que autem simpliciter simplex que autem
quedam quedam. si itaque non ens dicitur multipliciter et neque
quod secundum compositionem quod simpliciter opposito enti. quod enim non
album aut non bonum tamen quod movetur per
accidens. erit enim utique homo quod non album
quod autem simpliciter non hoc neque impossibile enim non
ens moveri. si autem hoc et generationem motum esse.
generatur enim non ens si enim et quod maxime per ac-
cidens generetur sed tamen verum dicere
quod existit non ens de generato simpliciter
similiter autem et quiescere. hec itaque accidunt dif-
ficilia. Et si omne quod movetur in loco
non ens autem non est in loco erit enim u-
bique. At neque corruptio motus. Contrarium
generationi autem aut omnis motus permu-
tatio quedam permutationes autem tres dicte
harum autem secundum generationem et corruptio-
nem non motus hec autem sunt que secundum
contradictionem. necesse enim que ex subiecto in subiectum mo-
tum esse solum. subiecta autem aut contra-
ria aut intermedia et enim privatio
ponatur contrarium et monstratur affirmatione pu-
ta nudum edentulum et nigrum. si quidem pre-
dicamenta divisa sunt substantia qualitate lo-
co facere aut pati aut quando ne-
cesse tres esse motus qualis quanti

loci. secundum illam autem non. secundum nullum esse ubi contrarium ad aliud est enim alteratio neque permutatio in ficatum aliud neque permutat. Quare secundum actionem motus neque horum neque facientis et patientis aut moventis et moti. quoniam neque est motus motus neque generationis generatio neque permutationis permutatio. Dico enim quod motus est motum aut ut subiectum velut homo movetur quia ex albo in nigrum permutatur. Quare sic et motus aut calefit aut infrigidatur aut locum permutat aut augetur. hoc autem impossibile non enim subiectorum aliquid permutatio aut eo quod alterum aliquid subiectum ex permutatione permutetur in aliam speciem velut homo ex languore in sanitatem. Sed neque hoc possibile nisi secundum accidens. omnis enim motus ex alio in aliud est permutatio et generatio et corruptio eodem modo. verumtamen haec quidem in opposita sic, aliter autem sic non motus simul quidem permutatur ex sanitate in egritudinem et ex hac ipsa permutatione in aliam. Palam autem quod si languerit permutatus erit in qualemcumque; contingit enim quiescere et adhuc in non contingentem semper et illa ex aliquo in aliquid aliquod erit. Quare opposita sanatio sed per accidens velut ex reminiscentia in oblivionem permutatur quoniam cui existit id permutatur quandoque quidem in scientiam quandoque autem in insanitatem. Adhuc in infinitum abibit si permutationis permutatio et generationis generatio. necesse est et priorem si posterior. puta si simplex generatio non fiebat simpliciter si quidem fiens simpliciter aut factum simpliciter et hoc fiebat aliquando quare nondum erat tunc genitum. Quorum autem infinitorum non erit primum quare neque habitum neque simul neque moveri possibile neque permutari nullum. Adhuc eiusdem motus contrarius et quies et generatio et corruptio. quare quod fit cum fiat fiens tunc corrumpitur. neque enim confestim factum neque posterius esse enim oportet quod corrumpitur. Adhuc oportet materiam subesse ei quod fit et permutatur. quid

quid erit quemadmodum alterabile corpus aut anima ad sic ad quod fit motus et generatio et ad quod movetur oportet enim esse ad quem. quod igitur ex hoc in hoc motus non motus aliud quid neque enim erit disciplina disciplinationis. quare neque generatio generationis quare neque hoc neque eius quod facere et pati relinquitur secundum quale et quantum et ubi motum esse. horum enim unicuique contrarietas est. dico autem quale non quod in substantia et enim differentia quale sed quod passivum secundum quod dicitur pati aut impassibile esse. Immobile autem quod est totaliter est impossibile moveri non potens quod quamvis natum est et ubi et ut quod voco quiescere immobilium solum quantum enim quies motui contrarium privatio utique erit susceptivi.

Simul secundum locum quaecumque in uno loco primo et seorsum quaecumque in alio. Tangi autem quorum ultima simul sunt. Intermedium autem in quod natum est prius pervenire permutatum quam in quod ultimum permutatur secundum naturam continue permutans. Contrarium secundum locum quod secundum rectum plurimum distat omnino. Consequens autem quod post principium ente positione aut specie aut aliter alio determinato neque intermedium est eorum quae in eodem genere et quorum est esse ut lineae aut lineae unitatis aut unitatis unitatis aut domus domus aliud autem nihil prohibet intermedium esse. quod enim consequens et posterius aliquid est non enim unum consequens duorum neque neomenia secunda. Habitum autem quod consequens quidem tangit. omnis permutatio in oppositis sed opposita et contraria et contradictionis aut nullum intermedium palam quod in contrariis intermedium. Continuum autem quod quidem habitum. dico autem continuum cum idem fit et unum utrorumque terminus quibus tangunt et continentur. quare palam quod continuum in his ex quibus unum aliquid natum est fieri secundum contactum. et quod primum quod consequens palam quod non consequens non tangit hoc autem non et si continuum tangit si autem tangit non et continuum in quibus autem non est tactus non est connascentia in his. quare non est punctum unitati idem. his quidem enim inest tangi his autem non sed ad consequens et ho

tum quidem intermedium ad hoc autem non.

De substantia quidem theorica est;
nam substantiarum principia et cause
queruntur. Et enim sive
totum quoddam omne substantia
est prima pars, et si eo quod
consequenter, et sic prima substantia, deinde
de qualitas, deinde autem
quantitas. Simul autem neque entia ut simpliciter
dicere hec [illegible] sed qualitates et motus, quia
et non album et non rectum; dicimus enim esse
et hec, puta est non album. Amplius
nullum aliorum separabile. Testantur autem et anti-
qui opere; nam substantie querebant principia et elementa et
causas. Qui quidem igitur nunc universalia sub-
stantias magis ponunt; nam genera
universalia dicunt principia et substantias esse magis
propter logice inquirere; qui vero antiqui-
tus particularia, ut ignem et terram, sed non om-
ne corpus.

Substantie vero tres sunt, una quidem sensibilis,
cuius hec quidem sempiterna, hec vero corruptibilis, quam omnes
confitentur, ut plantas et animalia; sempiter-
na autem cuius elementa esse necesse accipere, sive unum sive
multa. Alia vero immobilis, hanc dicunt quidam
separabilem esse, hii quidem in duo dividentes,
alii in unam naturam species ponentes et
mathematica, alii mathematica solum. Ille quidem naturales,
cum motu enim, hec autem alterius, si nullum ipsis
principium commune est. Sensibilis vero substantia mu-
tabilis. Si autem mutatio est ex oppositis et
mediis, oppositis autem non omnibus, non album
enim vox, sed ex contrario, necesse subesse quod muta-
bile in contrarietatem, non enim contraria transmutan-
tur. Amplius hoc quidem manet, contra-
rium non manet. Est ergo aliquod tertium
preter contraria, materia. Si itaque contrarietates
sunt quatuor, aut secundum quid aut secundum qualita-
tem aut secundum quantitatem aut ubi, gene-
ratio quidem simplex et corruptio secundum hoc, et
augmentum et detrimentum que secundum quanti-

tatem, alteratio autem que secundum passionem, latio
autem que secundum locum, in contrarietates utique erunt easque
secundum unamquamque transmutationes. Necesse itaque transmutari
materiam potentem ambo. Quoniam autem duplex
ens, transmutatur omne ex potentia ente in actu ens,
ut ex albo potentia in album actu. Similiter autem
et in augmento et detrimento. Quare non solum
secundum accidens contingit fieri ex non ente, sed ex ente etiam
fiunt omnia, potentia quidem ente, ex non ente vero
actu. Et hoc est Anaxagore unum; melius enim
est quam simul omnia, et Empedoclis mixtu-
ra et Anaximandri, et ut Democritus ait,
erant simul omnia potentia, actu vero minime.
Quare materiam utique erunt tangentes. Omnia au-
tem materiam habent quecumque transmutantur, sed aliam et
sempiternorum quecumque non generabilia mo-
bilia autem latione; verum non generabilem
habent sed unde quo.

Dubitabit autem utique aliquis ex quali
non ente est generatio. Triplex enim non
ens. Si itaque aliquid est potentia, attamen non quod-
cumque, sed alterum ex altero. Neque sufficit
tiens quod simul res omnes; differunt enim
materia, quoniam quare infinita facta sunt sed non unum?
Intellectus enim unus, quare si et materia una, quod
factum est actu, cuius materia erat potentia. Tres
vero sunt cause et tria principia, duo quidem
contrarietas, cuius hoc quidem ratio et species,
hoc vero privatio, tertium autem materia. Post
hoc quod non fit materia nec species, dico autem ulti-
ma. Omne transmutatur aliquid et ab aliquo
et in aliquid; a quo quidem primo movente,
quod vero materia, in quod vero species. In infinitum
ergo ibunt, si non solum es fit rotundum,
sed et rotundum aut es; necesse itaque stare. Postea
quoniam unaqueque ex univoco fit substantia, nam et
que natura sunt substantie et alie. Aut enim
arte aut natura fiunt aut fortu-
na aut casu. Ars quidem principium est
in alio, natura autem principium in ipso;
homo namque hominem generat. Relique vero
cause horum privationes. Substantie autem tres, sicut in-

[illegible]

XI

[illegible]

quidem hoc aliquid in ipsam apparere nam quecumque tactu
et non coalescentia materia et subiectum; natura vero
hoc aliquid in quam et habitus quidam. Amplius
tertia que ex hiis singularium ut Socrates et
Callias. In quibusdam quidem igitur hoc non est preter compo-
sitam substantiam, ut domus species si non ar-
tes; est generatio nec corruptio horum. Sed alio modo
et non sunt domus que sine materia et sanitas
et omne quod secundum artem; sed si quidem in hiis que
natura. Unde Plato non male posuit quod species
sunt quecumque natura, si quidem sunt species ali-
e ab hiis, ut ignis caro caput. Omnia enim materia
sunt et eius que maxime substantie ultima. Mo-
ventes quidem igitur cause velut prius facte
existentes; que autem ut ratio simul. Quando enim sa-
natur homo tunc est et sanitas, et figura enee
spere et simul erea spera. Si autem et aliquid ma-
net posterius perscrutandum est; in quibusdam enim
nichil prohibet, ut si est anima tale, non omnis
sed intellectus; omnem namque impossibile for-
san. Palam itaque quod non oportet propter hoc esse y-
deas; homo namque hominem generat, sin-
gularis aliquem. Similiter autem et in artibus; me-
dicinalis namque ars ratio sanitatis est. Cause autem
et principia alia aliorum est ut; est autem ut si quis
dicat universaliter et secundum proportionem eadem om-
nium.

Dubitabit autem aliquis utrum altera aut eadem
sunt principia et elementa substantiarum et eorum que sunt
ad aliquid, et secundum cathegoriarum similiter. Sed incon-
veniens si eadem omnium; ex eisdem enim erunt
que ad aliquid et substantia. Quid igitur hoc erit? nam
preter substantiam et alia predicata nichil est commune, prius autem est elemen-
tum quam quorum est elementum. At vero nec substantia est elementum eo-
rum que ad aliquid, nec horum aliquid substantie. Amplius
quomodo contingit omnium esse elementa eadem? nullum enim
potest esse elementorum idem ei quod ex elementis compositum est,
ut ipsius BA B aut A. Nec intelligibilium
aliquod elementorum ut unum aut ens;
insunt enim et compositorum unicuique. Nichil igitur erit
horum neque substantia neque ad aliquid. Non sunt
igitur eadem omnium elementa. Aut ut dicimus quidem, quidem
ut sunt, quidem ut non, ut puta forsan sensi-
bilium corporum ut quidem species calidum et alio
modo frigidum privatio, materia vero quod potestate hec pri-
mum per se. Substantie vero et hec et que ex hiis quarum
sunt unum ut caro aut os; alterum enim necesse
est ab illis esse quod fit. Horum quidem eadem elementa
et principia, aliorum vero alia. Omnium autem taliter
dicere non est, secundum proportionem autem, quemadmodum si quis
dicat quod principia sunt tria, species et privatio et
materia. Sed horum unumquodque alterum esse circa genus
unumquodque, ut in colore album nigrum aer su-
perficies tenebre lumen, ex hiis autem dies
et nox. Quoniam autem non solum que insunt elementa
sed et eorum que extra ut puta movens, pa-
lam quia alterum principium et elementum. Causa vero am-
bo, et in hoc dividitur principium; quod vero ut
movens aut sistens principium et substantia;
quare et elementa secundum analogiam tria, cause autem et prin-
cipia quatuor. Aliud vero in alio, et prima
causa ut movens aliud. Aliud sanitas infir-
mitas corpus; movens medicativa. Species
inordinatio talis lateres; movens edifi-
cativa, et in hec dividitur principium. Quoniam autem
movens in physicis quidem homo, in hiis
autem que a mente species aut contrarium, modo
quodam tres utique erunt cause, sic autem quatuor;
nam sanitas aliqualiter medicinalis et
domus species edificativa, ut homo homi-
nem generat. Adhuc preter hec ut pri-
mum omnium movens omnia. Quedam autem sunt
substantie separabilia, illa autem inseparabi-
lia. Et propter hoc omnium cause hee, quia
substantiis non existentibus passiones et motus
deinde erunt hec anima forsan et corpus aut
intellectus et appetitus et corpus. Am-
plius autem alio modo proportione principia eadem,
ut actus et potentia. Sed et hec alia et aliter in qui-
busdam; idem enim actu, quandoque potentia, ut vinum
aut caro aut homo. Cadunt autem
et hec in dictas causas. Actus quidem enim species

[illegible]

si sit separabilis et ex ambobus privatio velut tenebre aut laborans et materia, hoc autem quod primum sicut ambo. Amplius autem actu et potestate differunt. quorum non eadem materia nec species sed altera quemadmodum hominis causa elementa ignis et terra ut materia et species et aliud quod extra ut pater et preter hec sol et obliquus circulus, neque materia existens neque species neque privatio neque conforme sed movens. Adhuc videre oportet quod hec quidem est universaliter dicere hec autem non. Omnium enim prima principia quod actu primum hoc et aliud quod potestate. Illa quidem igitur universalia non sunt; principium enim singularium singulare. homo quidem enim hominis universaliter sed non est nullus. Verum Peleus Achillis, tui vero pater, et hoc b huius b a. totaliter vero b simpliciter b a. Deinde iam aut substantiarum alie autem aliorum cause et elementa sicut dictum est; eorum que non in eodem genere, colorum et sonorum et substantiarum quantitatis preterquam proportionaliter, et eorum que sunt in eadem specie diversa non specie sed quia singularium alia, materia et species et movens et mea, universali autem ratione eadem. Querere vero que principia aut elementa substantiarum et ad aliquid et qualitatum, utrum eadem aut diversa, palam quia multipliciter dictorum sunt unicuique, divisorum vero non eadem sed altera, preter quod sic et sic omnium. Quidem eadem aut eo proportione, quia materia species privatio movens; et sic substantiarum cause ut cause omnium quia destruuntur destructis. Amplius quod primum endelechia. Sic autem altera prima contraria que nec ut genera dicuntur nec multipliciter dicuntur, et adhuc materie. Que quidem igitur principia sensibilium et quot et quomodo eadem et quomodo altera dictum est.

Quoniam autem erant tres substantie, due quidem physice, una vero immobilis, de hac dicendum quia necesse esse sempiternam aliquam substantiam immobilem. Nam substantie prime entium, et si omnes corruptibiles, omnia corruptibilia. Sed impossibile motum aut fieri aut corrumpi; semper enim erat; nec tempus, non enim possibile prius et posterius esse quando non sit tempus. Et motus ergo sic continuus ut et tempus; aut enim idem aut motus passio. Motus autem non est continuus nisi qui secundum locum, et huius qui circuli. At vero si erit motivum aut effectivum, non operans autem aliquid, non erit motus; contingit enim potentiam habens non agere. Nihil ergo proderit nec si substantias faciamus sempiternas quemadmodum qui species, nisi aliquod potens inerit principium transmutari. Non ergo nec ipsa sufficiens nec alia preter species. Nam si non agit, non erit motus. Et adhuc nec si aget, substantia autem eius potentia, non erit motus eternus; contingit enim quod potentia est non esse. Oportet ergo esse principium tale cuius substantia actus. Amplius igitur tales oportet esse substantias sine materia; sempiternas enim oportet, si et aliud aliquid sempiternum. Actu ergo. Quamvis dubium: videtur enim agens quidem omne posse, potens vero non omne agere; quare prius esse potentiam. At vero si hoc, nichil erit entium; contingit enim quidem posse esse, nondum vero esse. Et si ut dicunt theologi qui ex nocte generant, aut ut physici erant simul res omnes dicunt, idem impossibile. Quomodo enim movebuntur si non fuerit actualis causa? non enim materia ipsa se ipsam movebit, nec tectonica, nec menstrua nec terra, sed semina et genitura. Propter quod faciunt quidam semper actum, ut Leucippus et Plato; semper enim dicunt esse motum. Sed quare et quem non dicunt, nec si sic nec causam. Nichil enim ut contingit movetur, sed semper oportet aliquid existere, quemadmodum nunc natura quidem sic, vi vero aut ab intellectu aut alio sic. Deinde qualis prior? differt enim inestimabile. At vero nec Platoni possibile dicere quod existimat aliquando principium esse quod ipsum seipsum movet; posterius enim et simul cum celo anima, ut ait. Potentiam

XII

aliquid existimare potentia actu; aliquid enim
bene; aut ut non recte; quoniam prius au-
tem actus potentia, attestatur Anaxagoras in-
tellectus enim actus, et Empedocles ami-
citiam et litem, et semper dicentes motum esse
ut Leucippus. Quare non fuit infinito tempo-
re chaos aut nox, sed eadem semper aut
periodo aut aliter, si semper manet, sit agens.
Si autem debet fore generatio et corruptio, aliud
oportet agens esse aliter et aliter. Necesse est quidem sic se-
cundum se agere, sic vero secundum aliud; aut ergo secundum alterum
aut secundum primum. Necesse est secundum hoc. Iterum enim illi ip-
sique causa est et illi. Dignius est primum. Etenim
enim causa erat illud ipsius semper similiter,
et ipsius aliter alterum. Eius autem quod est aliter
per aliter palam quod ambo. Ergo et sic se ha-
bent motus. Quid ergo alia oportet quaerere
principia? Cum autem ita contingit, et si non
sic, ex nocte erunt et simul omnia et ex
non ente. Solventur utique haec, et est aliquod
semper motum motu incessabili. Hoc au-
tem qui circulo; et hoc non ratione solum sed ex
opere palam. Quare sempiternum erit utique pri-
mum caelum. Est igitur aliquid et quod movet. Quo-
niam autem quod movetur et movens et me-
dium, igitur est aliquid quod non motum movet sem-
piternum et substantia et actus ens. Movet autem sic
appetibile et intelligibile; movent non mo-
ta. Horum autem prima eadem. Concupiscibi-
le enim quod apparens bonum, volibile autem
primum quod ens bonum. Appetimus
autem quia videtur magis quam videtur quia appetimus. Princi-
pium enim intelligentia. Intellectus autem ab in-
telligibili movetur. Intelligibilis autem altera coelementatio
secundum se; et huius substantia prima, et huius
quae simplex et secundum actum. Est autem unum
et simplex non idem; unum enim metrum significat, simplex autem aliqualiter habens
ipsum. At vero et quod bonum et quod propter
ipsum eligibile in eadem coelementatione; et op-
timum semper aut proportionale quod primum.
Quoniam autem est quod cuius gratia in immobilibus divisio o-
stendit. Est enim alicui cuius gratia, quorum hoc quidem

est, hoc vero non; movet autem ut amatum; mo-
to vero alia movet. Si igitur aliquid movetur,
contingit et aliter se habere; quare latio quae prima et actus est,
secundum quod movetur hac, contingit aliter se habere secundum locum,
et si non secundum substantiam. Cum autem est aliquid mo-
vens ipsum immobile ens actu ens, hoc
nullo modo contingit aliter se habere secundum nullatenus. Latio
enim prima mutationum; huius autem quae circulo;
hac autem hoc movet. Ex necessitate igitur est
ens; et in quantum necessitas, bene; et sic principium.
Necessarium totiens dicitur, hoc quidem vi quia praeter impetum,
hoc vero sine quo non bene, hoc autem non contingens
aliter sed simpliciter. Ex tali igitur principio dependet caelum
et natura. Deductio autem, id est conversatio, optima
modico tempore nobis. Sic enim semper illud
est, nobis quidem impossibile, quoniam et delectatio actus
eius; et propter hoc vigilatio, sensus, intelligentia de-
lectabilissimum; spes vero et memoriae
propter haec. Intelligentia quae est secundum se, eius quod est secundum se opti-
mum, et quae maxime, eius quod maxime. Ipsum autem in-
telligit intellectus secundum transumptionem intelligibilis;
intelligibilis enim fit attingens et intelligens, quare idem
intellectus et intelligibile. Susceptivum enim intelligibilis et substantiae
intellectus. Agit autem habens, quare illud magis illo quod
videtur intellectus divinum habere; et specu-
latio delectabilissimum et optimum. Si igitur sic
bene habet, ut nos aliquando, deus semper, mira-
bile; si autem magis, adhuc mirabilius. Ha-
bet autem sic. Et vita autem utique existit; nam
intellectus actus vita, ille autem ipse actus;
actus autem qui secundum se illius vita optima et
sempiterna. Dicimus autem deum esse animal sempi-
ternum optimum, quare vita et duratio con-
tinua et aeterna existit deo; hoc enim deus.
Quicumque autem putant, ut Pythagorici et Speu-
sippus, optimum et nobilissimum non
in principio esse, quia et plantarum et animalium princi-
pia causae quidem sunt, bonum vero et perfectum in his
quae ex his, non recte existimant. Nam sper-
ma ex aliis est prioribus perfectis, et primum non

[illegible]

est sperma sed perfectum, ut prius hominem dicendum esse spermate; non enim eum qui ex hoc fit, sed alterum ex quo sperma. Quod quidem igitur est substantia aliqua sempiterna et immobilis separata a sensibilibus, manifestum ex dictis. Ostensum est autem et quia nullam habere hanc substantiam magnitudinem contingit, sed impartibilis et indivisibilis est; movet enim per infinitum tempus, nihil autem habet potentiam infinitam finitum. Cum autem omnis magnitudo aut infinita aut finita, finitam quidem propter hoc utique non habebit magnitudinem, infinitam vero quia non est totaliter infinita magnitudo. At vero quod impassibile et inalterabile; omnes enim alii motus posteriores sunt eo qui secundum locum. Haec quidem igitur manifesta quare se habent hoc modo.

Utrum autem una ponenda talis substantia aut plures, et quot, oportet non latere, sed reminisci et aliorum enunciationes, quia de pluralitate nihil dicunt quod et planum dicere. Nam quae secundum ideas existimatio nullam propriam habet perscrutationem; numeros enim dicunt ideas, sed de numeris quandoque quidem sicut de infinitis dicunt, quandoque autem ut usque ad decadem determinatis. Propter quod autem tanta pluralitas numerorum, nihil dicitur studio demonstrativo. Nobis autem ex suppositis et determinatis dicendum. Principium quidem enim et primum entium immobile et secundum se et secundum accidens, movens vero primum sempiternum et unum motum. Quoniam autem quod movetur necesse ab aliquo moveri, et primum movens immobile secundum se esse, et sempiternum motum a sempiterno moveri et unum ab uno; videmus autem praeter universi simplicem lationem quam movere dicimus primam et immobilem substantiam alias lationes planetarum sempiternas existentes (sempiternum enim et instabile circulare corpus; ostensum est autem in physicis de his), necesse et harum lationum unamquamque ab immobili moveri secundum se et sempiterna substantia. Astrorum enim natura sempiterna substantia quaedam ens, et movens sempiternum et prius eo quod movetur,

et prius substantia substantiam esse necesse. Palam itaque quod tot substantias esse necesse naturam sempiternas et immobiles secundum se et sine magnitudine propter causam dictam prius. Quod quidem igitur sunt substantiae, et harum quaedam prima et secunda secundum eundem ordinem lationibus astrorum, palam. Pluralitatem vero iam lationum ex maxime propria philosophiae mathematicarum scientiarum intendere oportet, ex astrologia. Haec enim de substantia sensibili quidem sempiterna autem facit theoricam; aliae vero de nulla substantia, puta quae circa numeros et geometria. Quod quidem igitur plures sunt eorum quae feruntur lationes, manifestum est his qui et parum attigerunt; plures enim una unumquodque fertur astrorum errantium. Sed quot sunt hae, nunc quidem et nos quae dicunt mathematicorum quidam dicimus attentionis gratia, ut sit mente aliquam pluralitatem determinatam suscipere. Reliquum vero hoc quidem quaerentes ipsos oportet, illa vero persuasa a quaerentibus, siquidem videatur praeter modo dicta ab ea tractantibus, amare quidem utrosque, persuaderi autem certioribus. Eudoxus quidem igitur solis et lunae utriusque lationem in tribus posuit esse sphaeris, quarum primam quidem planorum astrorum esse, secundam vero secundum eum qui zodiaci per medium, tertiam autem secundum obliquatum in latitudine zodiorum; in maiori autem latitudine obliquari secundum quam luna fertur quam secundum quam sol. Errantium vero astrorum in quatuor unumquodque sphaeris, et harum primam quidem et secundam illis eandem esse; etenim eam quae est aplanorum quae omnes circumferens, et eam quae sub ea et secundum eum qui per medium zodiaci lationem habentem communem omnium esse; tertiae vero omnium polos esse in eo qui per medium zodiaci; quartae autem lationem secundum obliquatum ad medium huius; esse tertiae vero sphaerae polos aliorum quidem proprios, veneris vero et mercurii eosdem. Calippus autem positionem quidem sphaerarum eandem posuit quam Eudoxus, hoc est distantiarum

[illegible]

Calippus

XII

ordinem planetarum. Vero eidem que Jovis et que Saturni eandem quam ille dedit. Soli vero et lune duas existimabat addendas esse speras apparentia si quis est redditurus. reliquis vero planetis singulis unam. Necesse autem si simul posite omnes apparentia sunt redditure secundum quemlibet errantium alteras autem speras una minores esse revolventes et ad idem restituentes positionem prime spere semper inferius ordinati astri. sic enim solum contingit planetarum lationem omnia facere. Quoniam quidem igitur in quibus quidem ipsa feruntur speris hee quidem octo hee autem quinque et viginti sunt. harum autem solas non oportet revolvi in quibus infime ordinatum fertur. que quidem revolvunt eas que sunt primorum duorum sex erunt. que vero posteriorum quatuor sexdecim. Omnium vero numerus et ferentium et revolventium eas quinquaginta quinque. Si autem lune et soli non addiderit aliquis quos diximus motus omnes spere erunt septem et quadraginta. Pluralitas quidem sperarum tanta sit. Quare et substantias et principia immobilia et sensibilia tot rationabile existimare. necessarium enim dimittatur fortioribus dicere. Si autem nullam possibile esse lationem non ordinatam ad astri lationem. Amplius autem omnem et substantiam impassibilem et secundum se optimum sortitam finem oportet existimare. nulla erit preter has altera natura. sed hunc necessarium esse numerum substantiarum. Si enim essent alie moverent utique fines existentes lationis. sed alias quidem esse lationes impossibile est preter dictas. Hoc autem existimare ex latis rationabile. nam si omne ferens lati gratia natum est et latio omnis lati est alicuius. nulla utique latio sui gratia et illam alterius gratia oportebit esse. Quare quoniam non possibile in infinitum. finis erit omnis lationis lationum aliqua divinorum corporum secundum celum. Quod autem unum celum palam. Si enim plures essent celi ut homines foret principium quod circa unumquodque specie unum, numero vero

multa. sed quecumque sunt numero multa materiam habent. una enim et eadem ratio multorum ut hominis. Socrates vero unus. Quod autem quid erat esse non habet materiam primum. endelechia enim. Unum ergo et ratione et numero primum movens immobile ens. et motum ergo semper et continue unum solum. Unum ergo solum celum. Tradita sunt autem a senioribus et antiquis in fabule figura dimissa posterioribus quia dii sunt hii et continet divinum naturam universam. reliqua vero fabulose iam adducta sunt ad persuasionem multorum et ad opportunitatem utitur ad leges et conferens. conformes enim hominibus hos et aliorum animalium quibusdam similes dicunt et hiis altera consequentia et dictis similia. a quibus si quis separans id accipiet solum quod primas deos existimabant primas substantias esse divine utique dictum putabit. et secundum verisimilitudinem et sepe inventa ad possibile unaquaque arte et philosophia et iterum corruptis et has opiniones illorum quasi reliquias usque ad nunc salvatas esse. Paterna quidem igitur opinio et que a primis in tantum nobis manifesta solum. Que autem circa intellectum habent quasdam dubitationes. Videtur enim apparentium divinissimum. qualiter vero habens talis erit habet quasdam difficultates. nam sive non intelligat quid utique erit insigne. sed quemadmodum utique si dormiens sive intelligat huius vero aliud principale. non enim est hoc quod est sua intelligentia sed potentia. non utique erit optima substantia. per intelligere enim honorabile ei inest. Amplius autem sive intellectus substantia sit sive intelligentia quid intelligit. aut enim se ipsum aut aliud aliquid. et si aliud aliquid aut idem semper aut aliud. utrum igitur differt aliquid aut nihil intelligere bonum aut contingens. aut inconveniens meditari de quibusdam. Palam ergo quod divinissimum et honoratissimum intelligit et non transmutatur. In deterius enim transmutatio et motus iam

ea tale. Primum quidem igitur si non est intelligentia sed
esse potentia, rationabile laboriosum esse continuum
aderit intelligentie. Deinde palam quia aliud quid erit
dignius quam intellectus, scilicet intellectum. Et enim in-
tellectum intelligere et intelligentia inerit
et indignissimum intelligenti. Quare fugiendum hoc
et enim non videre quedam dignius quam videre.
Non sit optimum intelligentia. Se ipsum ergo intel-
ligit si quidem est potentissimum et est intelligen-
tia. Videtur autem semper alterius scientia et intellectus et sensus
et opinio et meditatio, sui ipsius autem ut ac-
cidentaliter. Amplius si aliud est intelligere
et intelligi, secundum quid ei quod ipsum bene inest? non
enim idem est intelligentie et intellecto. Aut in
quibusdam scientia res. In factivis quidem sine
materia substantia et quod quid erat esse, in theoricis
vero ratio res et intelligentia. Quare non altero exi-
stente eo quod intelligitur et intellectu, quecumque
non materiam habent, idem erunt, et intellectum aut
quod intelligitur est una. Adhuc restat du-
bitatio si compositum est quod intelligitur; transmu-
tabitur enim in partibus totius. Aut indivisibile est
quod non habet materiam, ut humanus intel-
lectus, aut quod aliquid compositorum habet in aliquo
tempore; non enim habet ipsum bene in hoc aut
in hoc, sed in toto quodam quod optimum ex-
istens aliud quid; sic autem habet ipsa sui ipsius
intelligentia toto evo.

Perscrutandum est autem qualiter habet totius
natura bonum et optimum, utrum se-
paratum quid et ipsum secundum se, aut ordinem, aut
utroque modo sicut exercitus. Et enim in ordine
ipsum bene, dux exercitus, et magis iste.
Non enim iste propter ordinem sed ille propter hunc
est. Omnia vero coordinata sunt aliqua-
liter, sed non similiter, et natatilia et volati-
lia et plante; et non sic se habent ut
non sit alteri ad alterum nihil, sed est aliquid; ad
unum quidem enim omnia coordinata sunt.
Sed quemadmodum in domo liberis non licet quod con-
tingit facere, sed omnia aut plurima or-
dinata sunt, servis vero et bestiis parum quod
ad commune, multum vero quod contingit; tale namque cuiusque
principium ipsorum natura est. Dico autem
puta ad discerni necesse est quidem omnibus ve-
nire, et alia sic sunt quibus communicant omnia
ad totum. Quecumque vero impossibilia accidunt
aut absurda aliter dicentibus, et qualia gra-
tiosius dicentes, et in quibus minime du-
bitationes, oportet non latere. Omnes enim ex contrariis
faciunt omnia. Neque autem quod omnia neque quod ex
contrariis recte, nec ex quibus contraria existunt
quomodo ex contrariis erunt non dicunt; impassi-
bilia namque sunt contraria ad invicem. Nobis autem
solvitur hoc rationabiliter eo quod tertium aliquid est. Alii
vero alterum contrariorum materiam faciunt, quemad-
modum in equale equali aut uni multa. Sol-
vitur autem et hoc eodem modo; materia enim una nulli est
contraria. Amplius omnia prava participa-
tione extremi; nam prava ipsum malum alterum elementorum.
Alii autem nec principia bonum et malum, quamvis
in omnibus maxime quod bonum principium. Alii
vero quod quidem recte principium, sed quomodo quidem
bonum dicunt, non dicunt utrum ut finis aut
ut movens aut ut species. Inconveniens autem
et Empedocles; amicitiam enim facit bonum. Hec
autem principium et movens; congregat enim, et ut
materia; pars enim mixture. Si itaque et eidem accidit
ut materie et principium esse et ut movens, sed
esse non idem; utrum secundum quid amicitia? Inconveniens autem
et incorruptibilem esse litem; hoc ipsum
autem est mali natura. Anaxagoras autem
ut movens quod bonum principium; intellectus
enim movet, sed gratia alicuius movet; quare al-
terum, excepto ut nos dicimus; nam me-
dicativa est sanitas quodam modo. Inconveniens
et contrarium non facere bono et intellectui. Omnes
autem contraria dicentes non utuntur contrariis
si non figuret aliquis. Et quare hec quidem corruptibi-
lia, illa vero incorruptibilia, nullus
dicit; omnia namque entia faciunt ex
eisdem principiis. Amplius alii quidem

ex non ente faciunt entia. Alii autem ut non sic cogantur unum omnia faciunt. Amplius propter quid semper erit generatio et que est causa generationis nullus dicit. Et duo principia facientibus necesse aliud principium principalius esse. Et ydeas ponentibus quia species aliud principium principalius est: propter quid enim participat aut participavit? Et aliis quidem necesse sapientie et honorabilissime scientie aliquid esse contrarium, nobis autem non. Non enim est contrarium primo nulli. Nam omnia contraria materiam habent et hec potestate sunt. Contraria autem ignorantia ad contrarium. Primo vero contrarium nihil. Amplius si non erunt preter sensibilia alia, non erit principium et ordo et generatio et celestia, sed semper principii principium ut theologis et physicis omnibus. Si erunt species aut numeri, nullius cause. Si autem non, quod motus. Adhuc erit ex non magnitudinibus magnitudo et continuum. Non enim numerus faciet continuum nec ut movens nec ut species. At vero nullum erit contrariorum quod et factivum et motivum contingeret utique non esse. At vero posterius esse ipsum facere potestate. Non ergo sempiterna sunt entia. Sed sunt. Interimendorum ergo est horum aliquid. Et hoc dictum est ut oportet. Amplius in quo numeri unum anima et corpus et species et totaliter et res nullus dicit nec contingit dicere si non ut nos dicit quod movens facit. Dicentes autem numerum primum mathematicum et sic semper aliam et aliam substantiam et principia cuiuslibet alia, inconsequentem universi substantiam faciunt. Nihil enim altera alteri confert existens aut non existens. Et principia multa. Entia vero non volunt disponi male. Nec bonum pluralitas principatuum; unus ergo princeps.

De sensibilium quidem igitur substantia dictum est que sit in methodo quidem physicorum de materia, posterius vero de ea que secundum actum. Quoniam vero perscrutatio est utrum aliqua preter sensibiles substantias immobilis et sempiterna aut non est, et si est que est: primum que ab aliis dicta sunt speculandum, ut si quid non bene dixerunt non eisdem rei simus, et si quod est commune dogma nobis et illis hoc seorsum ne adversum nos graves simus. Amabile namque si quis hec quidem melius dicat, illa vero deterius. Due vero sunt opiniones de his. Nam mathematica dicunt quidam esse substantias ut numeros et lineas et his cognata, et rursum ydeas. Sed quoniam hii quidem duo hec genera faciunt, ydeas et mathematicos numeros, alii unam naturam utrorumque, et alii quidam mathematicas solum substantias esse dicunt, perscrutandum est primum quidem de mathematicis nullam aliam eis addentes naturam, utrum ydee sint aut non, et utrum principia et substantie entium aut non, sed quasi de mathematicis solum sint sive non sint, et si sunt quomodo sunt. Deinde post hoc seorsum de ydeis ipsis simpliciter et quantum legis ordo. Divulgantur enim multa ab exterioribus rationibus. Amplius autem ad illam oportet perscrutationem obviare plurimam rationem quando perscrutamur si substantie et principia entium numeri et ydee sunt. Post ydeas enim relinquitur tertia perscrutatio. Necesse si sunt mathematica aut in sensibilibus esse ipsa quemadmodum dicunt quidam, aut separata a sensibilibus; dicunt autem et ita quidam. Aut si neutraliter, aut non sunt aut alio modo sunt. Quare dubitatio non erit de esse sed de modo. Quod quidem igitur in sensibilibus impossibile est et simul ficticia ratio dictum est quidem in dubitationibus, quia duo solida simul esse impossibile. Amplius et quidem eiusdem rationis alias potestates et naturas in sensibilibus esse et nullam separatam. Hoc quidem igitur dictum sunt prius, sed adhuc palam quia impossibile dividi quodcumque corpus. Nam secundum superficiem dividetur et secundum lineam et secundum punctum. Quare si se

eandem puncti dividendi; impossibile et line-
am quod si hanc et alia. Quod quia differt an
aut has esse tales naturas aut ipsas
quidem non esse autem in ipsis tales esse na-
turas, idem enim accidit. dictis enim sensibilibus
dividuntur quam in sensibilibus. ¶ At vero nec sepa-
ratas esse naturas tales possibile. Si enim erunt
solida preter sensibilia separata aliis ab
hiis et priora sensibilibus, palam quod et preter superfici-
es alteras necesse esse superficies separatas
et puncta et lineas alias separatas. priora
enim compositis sunt incomposita. et si quidem sen-
sibilibus priora corporum non sensibilia eadem
ratione et planorum que in immobilibus solidis eadem secundum
se ipsa plana et linee ab hiis que simul
cum solidis separatis. hec quidem enim cum mathema-
ticis solidis, illa vero priora solidis mathematicis. Ite-
rum horum planorum erunt linee quibus pri-
us oportebit alteras lineas et puncta
esse propter eandem rationem et harum in prioribus line-
is altera priora puncta, quibus non adhuc prio-
ra altera. Inconveniens itaque fit coacervatio. solida
quidem enim unica preter sensibilia, plana autem
triplicia preter sensibilia et que in mathematicis
solidis et preter ea que in hiis. linee autem
quadruplices, puncta autem quintuplicia. Quare
circa que horum scientie erunt mathematice? non
enim utique circa ea que in solido immobili pla-
na et lineas et puncta. semper enim circa
priora scientia. eadem autem ratio et de numeris. ¶ Am-
plius que quidem et in dubitationibus per-
tractavimus quomodo contingit esse? que enim
astrologia sunt, similiter erunt preter sensibilia preter et que
geometria. esse autem celum et partes ipsius
quomodo possibile aut aliud quodcumque motum habens? Adhuc au-
tem et perspectiva et armonica. erit enim vox et
visus preter sensibilia et singularia. quare pa-
lam et alii sensus et alia sensibilia.
quid enim magis hec quam illa? si autem hec, et ani-
malia erunt quidem et sensus. ¶ Amplius scribun-
tur quedam universaliter a mathematicis preter has substantias.
erit igitur et ipsa quedam substantia intermedia sep-
arata ab ydeis et hiis que intermedia, que nec
numerus est nec puncta nec magnitudo nec tempus.
Si autem hoc impossibile, palam quod et illa impossibile
separata esse a sensibilibus. ¶ Omnino autem contingit accidere
et non et consuetudo existimari si quis
ponat sic esse mathematica ut separatas quasdam
naturas. necesse enim propter sic quidem esse ipsas
priores esse sensibilibus magnitudinibus, secundum veritatem
autem posteriores. imperfecta enim magnitudo generatione
quidem prior est, substantia autem posterior, ut inanimatum
animato. ¶ Amplius quo et quando erunt
unum mathematice magnitudines? que quidem enim hic
anima aut parte anime aut alio aliquo ratio-
nabiliter, si autem non, multe et dissolventur. illa autem
in divisibilibus et quantis existentibus que causa est ad
unum et commanendi. ¶ Amplius generationes
manifestant. primo quidem enim ad longitudi-
nem fit, deinde ad latitudinem, ultimo
autem ad profundum et finem habet. Si igitur quod
generatione posterius substantia prius, corpus utique
prius erit superficie et longitudi-
ne et perfectum et totum magis quare animatum
fit. linea autem animata quomodo aut pla-
na? quomodo utique erunt super sensus nostri
mens utique erit axioma. ¶ Amplius
corpus quidem substantia quedam, iam enim habet ali-
qualiter quod perfectum; linee autem quomodo
substantie? neque enim ut species et forma quedam ut si
forte anima tale, neque ut materia ut corpus;
nihil enim ex lineis neque ex superficiebus neque
ex punctis videtur posse constare. si au-
tem erant substantia quedam materialis, hec
utique viderentur posse pati. ratione quidem
igitur sint priora, sed non omnia quecumque ratione
priora et substantia priora. substantia quidem enim priora
quecumque separata in essendo excedunt, ratione

que priora rationes ex rationibus. Hec autem non sunt simul existentia. Si enim non sunt passiones preter substantias, puta motum quoddam aut album, albo homine album prius secundum rationem, sed non secundum substantiam. Non enim contingit esse separatum, sed semper simul est cum synolo. Synolo autem dico hominem album. Quare manifestum quia neque quod ex ablatione prius neque quod ex appositione posterius; ex appositione enim albi albus homo dicitur. Quod quidem igitur neque substantie magis corporum sunt neque priora secundum esse sensibilibus, sed ratione solum, neque separata esse alicubi possibile, dictum est sufficienter. Quoniam autem neque in sensibilibus contingebat ipsa esse, manifestum quia aut totaliter non sunt aut modo quodam sunt, et propter hoc non simpliciter sunt; multipliciter enim esse dicimus. Sicut enim universalia in mathematicis non de separatis sunt preter magnitudines et numeros, sed de hiis quidem, non ut talia autem qualia habere magnitudinem aut esse divisibilia, palam quia contingit et de sensibilibus magnitudinibus esse et rationes et demonstrationes, non ut sensibiles sed ut tales. Sicut enim et ut mota solum multe rationes sunt preter eo quod quid est unumquodque talium et accidentium ipsis, et non necesse propter hoc aut separatum quoddam esse motum sensibilium aut in hiis aliquam naturam esse separatam, sic et de motis erunt rationes et scientie non ut mota autem sed ut corpora solum, et iterum ut plana solum et ut longitudines solum, et ut divisibilia et ut indivisibilia habentia positionem et ut indivisibilia solum. Quare quia simpliciter dicere verum non solum separabilia esse sed non separabilia, puta mota esse, et mathematica quia sunt simpliciter verum dicere, et talia qualia dicunt. Et alias scientias simpliciter verum dicere huius esse, non accidentis, puta quia albi, si salubre album, hec autem est salubris, sed illius cuius est unaqueque, si salubre salubris, si ut hominis homo hominis, sic et geometria. Non si accidit sensibilia esse quorum est, non est autem ut sensibilia, non sensibilium erunt mathematice scientie, nec tamen preter hec aliorum separatorum. Multa autem accidunt secundum se rebus ut unaqueque existit talium, et ut femininum animal et ut masculinum proprie passiones sunt, quamvis non sit aliquod femininum vel masculinum separatum ab animalibus; quare et ut longitudines solum et ut plana. Et quanto utique de prioribus ratione et simpliciores, tanto magis habet certum; hoc autem simplex est. Quare sine magnitudine quam cum magnitudine, et maxime sine motu; si autem motum, maxime primum; simplicissimum enim, et huius quod uniforme. Eadem autem ratio et de armonica et de perspectiva; neutra enim ut visum aut ut vocem speculatur, sed ut lineas et numeros; proprie tamen hec passiones illorum. Et mechanica similiter. Quare si quis ponens separata accidentium speculetur aliquid de hiis ut talia, non propter hoc mendacium intuetur, sicut quando quis in terra scripserit pedalem, dicit non pedalem; non enim in propositionibus mendacium. Optime utique sic speculabitur unumquodque si quis quod non separatum ponit separans, quod quidem arismeticus facit et geometer. Unum quidem et indivisibile homo ut homo; hic autem posuit unum indivisibile, deinde consideravit si quid homini accidit ut indivisibili. Geometer autem neque ut homo neque ut indivisibilis sed ut solidum. Que enim utique et si nullatenus erat indivisibilis inerant ipsi, palam quia et sine hiis contingit ipsi existere possibilia, quare propter hoc recte geometre dicunt et de entibus disputant et entia sunt; dupliciter enim ens, hoc quidem actu, hoc vero materialiter. Quoniam autem bonum et malum alter, hoc quidem enim semper in operatione, bonum et malum alter hoc quidem enim semper in operatione, bonum autem et in immobilibus, dicentes nihil dicere mathematicas scientias de bono aut optimo mentiuntur. Dicunt enim et demonstrant maxime. Non enim si

n nominat opa aute aute roeconsidunt
no dicunt de ipsis. boni aute maxie
spes et ordo et commensuratio et determinatum
que maxie ostendunt mathematice scie. Et quoniam vel
tot causa videtur hoc videre dico que puta
ordo et determinate palam quod dicent utique et cau
se causam eam que ut bonum causam vel aliqualiter
magis quoque notiore in aliis de ipsis dicemus.

De mathematicis quidem quod et entia sunt et qualiter
entia et qualiter non priora et quomodo priora sunt.

De ydeis quoque primum quidem secundum ydeas op
pinionem considerandum vel copulantes ad
nullorum naturam sed ut existimabant a principio qui
primi ydeas dixerunt esse. Accidit autem que
de speciebus oppinio hiis qui dixerunt pro
persuasos esse de veritate eraclitis rationibus
tamquam omnibus sensibilibus semper fluentibus ut si quid
de scia et cauius erit et prudentia alteras
oportet esse quasdam naturas esse preter sensibiles
manentes. non enim esse fluentium sciam
socrate que esse morales virtutes ne
gociante et de hiis diffinire universaliter queren
te primo phisicorum quidem enim ad modicum democ
tus tetigit solum et diffinit aliqualiter
calidum et frigidum. Pictagorici quoque prius
de quibusdam paucis quorum rationes in nu
meros reducebant puta quid est tempus
aut iustum aut nuptie. ille autem rationabi
liter quid est illo querere utique. Sillogizare enim quere
bat principium autem sillogismorum quid est dyalectica. enim va
lida nondum tunc erat ut possit et sine eo
quod quid est contraria speculari et contrariorum si eadem
scia. Duo enim sunt que quis utique attri
buet socrati inductivas rationes et universaliter
diffinire. hec enim sunt ambo circa principium scie. Sed so
crates quidem universalia non separabilia faciebat
neque diffinitiones. hii autem separaverunt et talia
entium vocaverunt ydeas appellaverunt quare accidit
ipsis fere eadem ratione esse ydeas universaliter
dictorum et fere quemadmodum utique si quis nume
rare volens in minoribus quidem existentibus putet
non posse plura autem faciens numeret
plura enim sunt singularibus sensibilibus ut est dice

re de quibus querentes causas ex hiis il
lic procedentes processerunt et secundum unumquodque
et cum equivocum est et illas aliorum quorum unum
est in multis et in hiis et in perpetuis. Adhuc
secundum quos modos ostenditur quod sunt species
secundum nullum videtur horum ex quibusdam enim non
necesse fieri sillogismum ex quibusdam quoque et non quorum pu
tant horum species fiunt secundum rationes enim eas que
ex sciis erunt species omnium quorumcumque scie sunt
et secundum unum in multis et negationum secundum autem intelli
gere aliquid corrupti corruptibilium. phan
tasma enim aliquid eius quod est. Adhuc certissime
[illegible] hee quidem quorum ad aliquid faciunt ydeas quorum non
aiunt esse secundum se genus hee autem tertium
hominem dicunt totaliter. autem interimunt que
de speciebus rationes quod magis volunt esse dice
tes species ydeas. accidit enim non esse primo
dualitatem sed numerum et hoc quod ad aliquid et hoc pro
quod secundum se. et omnia quecumque quidam sequentes eas que
de speciebus oppiniones contradicunt principiis.
Adhuc secundum quidem susceptionem secundum quam ai
unt esse ydeas erunt species aliorum quorum
multorum intelligimus enim unum non solum esse
illas sed et aliorum non substantiarum sunt et scie non
solum ille erunt. accidunt quoque et talia mul
ta alia secundum autem necessarium et oppiniones que de
ipsis si sunt participabiles species illarum ne
cessarium ydeas esse solum non enim secundum acci
dens participantur sed oportet sic unumquodque par
ticipare in quantum non de subiecto dicuntur. di
cuntur. dico autem puta quid ipso du
plo participat hoc et participat et secundum ac
cidens. accidit enim duplo perpetu
um esse. Quare erunt illa species hec autem
hoc illam significat et quid aut quid erat
dicere esse aliquid preter hoc unum
in multis. Et si quidem eadem species y
dearum et participantium erit aliquid commu
ne. quid enim magis et corruptibilibus dualita
tibus multis perpetuis autem dualita
tis quam unum et idem quam in ipsa
et quadam. si autem non eadem species
equivoca utique erunt et simile sicut

utique si quis vocet hominem Calliam et nullam communitatem inspiciens ipsorum. Si autem in aliis quidem communes rationes congruere ponamus speciebus, puta ad circulum figuram planam et reliquas partes rationis, quod autem est apponetur considerare oportet ne vana sit. Cui enim hoc apponetur? Medio aut plano aut omnibus? Omnia enim que in substantia ydee, puta animal et bipes. Adhuc palam quia necesse ipsum aliquid esse quemadmodum planum naturam quandam que omnibus inerit speciebus ut genus.

Omnium autem maxime utique quis queret quid conferunt species aut perpetuis sensibilium aut hiis que fiunt aut corrumpuntur; neque enim motus neque permutationis ullius sunt cause ipsis. At vero neque ad scientiam nichil eas que aliorum; neque enim substantia ille horum; in hiis enim utique essent; neque ad esse, non inexistentes participantibus; sic quidem enim forte cause viderentur esse, ut album mixtum albo. Sed iste quidem sermo valde debilis, quem Anaxagoras quidem prior, Eudoxus autem prior posterius dicebat dubitans et alii quidam; facile enim multa colligere et impossibilia ad talem opinionem. At vero neque ex speciebus sunt altera secundum nullum modorum consuetorum dici. Dicere autem exemplaria esse et participare ipsis alia vaniloquium est et methaphoras poeticas dicere. Quid enim est operatum ad ydeas respiciens? Contingit quoque esse et fieri assimilatum et non assimilatum, quare et ente Socrate et non ente fiet utique Socrates. Similiter autem palam quia et utique erit Socrates perpetuus. Erunt plura exemplaria eiusdem, quare et species, puta hominis animal et bipes, simul autem et autoanthropos. Adhuc non sensibilium solum exemplaria species sed et ipsarum, puta genus earum que ut generis specierum; quare idem erit exemplar et ymago. Adhuc videtur utique impossibile esse separatim substantiam et cuius substantia; quare quomodo utique ydee rerum existentes substantie separate erunt? In Phedone autem hoc modo dicitur, tamquam et essendi et fiendi cause species sint. Quamvis speciebus existentibus tamen non fiunt, si non sit movens; et multa fiunt alia, puta domus et anulus, quorum non dicunt esse species. Quare palam quia contingit et alia esse et fieri propter tales causas quales et dicta nunc, sed non propter species.

Quoniam autem determinata sunt de hiis, bene habet iterum speculari que numeros accidunt dicentibus ipsos esse substantias separatas et entium causas primas. Necesse autem, si quidem est numerus natura quedam et non altera aliqua est substantia ipsius sed hoc ipsum, sicut aiunt quidam, aut esse hoc quidem primum hoc autem habitum, alterum existentem specie unumquodque, et hoc aut in unitatibus confestim esse et incomparabilem quamcumque cuicumque unitatem; aut consequenter omnes et comparabiles quaslibet quibuslibet, quales dicunt esse mathematicum numerum; in mathematico enim nichil differt una unitas altera ab altera; aut has quidem comparabiles has autem non, puta si est post unum prima dualitas, deinde trinitas, et sic utique alius numerus; sunt autem comparabiles que in unoquoque numero unitates, puta que in dualitate prima ipsis, et sic utique in aliis numeris; que autem in dualitate ipsa ad ipsas que in trinitate ipsa incomparabiles; similiter autem et in aliis consequenter numeris. Propter quod et mathematicus quidem numerat post unum duo alterum anteriori uno ad unum, et tria que duobus hiis ad unum, et reliquum autem eodem modo; iste autem post unum duo altera sine uno primo, et trinitas sine dualitate, similiter autem et alius numerus. Adhuc quidem esse numerorum qualis qui primus dictus est, alium autem qualem mathematici dicunt, tertium autem qui dictus est ultimus. Adhuc autem omnes aut separabiles, aut non sic, sed autem in primo considerabimus, sed ut ex inexistentibus entia sensibilia. Adhuc quidem ipsorum esse hunc autem non, aut omnes esse. Modi quidem ergo secundum quos ipsos esse contingit necessario hii

soli fere q(ui) (et) dicentes unu(m) p(ri)ncipiu(m) esse (et)
s(u)b(stanti)a(m) (et) ele(mentu)m o(mn)i(u)m (et) ex hoc (et) al(iquo) al(io) esse nu(merum)
unu(m)quemq(ue) hor(um) aliq(ui)s modor(um) dicit p(re)t(er) id q(uia) o(mne)s
unitates i(n)co(m)p(ar)abiles (et) hoc accidit r(ati)o-
nabil(ite)r. n(on) d(icitu)r. n(on). q(uod) adhuc alium mod(um) esse
p(re)ter dictos. hi q(ui)d(em) igitur ambos aiu(n)t esse
numeros. hunc q(ui)de(m) h(abe)nte(m) p(ri)us (et) p(os)terius yde-
as. mathematicu(m) a(utem) p(re)ter ydeas (et) sensibilia et
separabiles utrosq(ue) a sensibilibus. hi au-
te(m) mathematicu(m) solu(m) nu(mer)u(m) esse p(ri)mu(m) entiu(m)
n(on) separat(um) solu(m) nu(merum) a sensibilibus. hi au-
te(m) mathematicu(m) (et) pictagorici q(ui)d(em) unu(m) ma-
thematicu(m) solu(m) nu(meru)m esse mathematicu(m)
v(er)u(m) s(ed) ex hoc sensibiles substantias
co(n)stare aiu(n)t. tot(um) n(am). celu(m) co(n)stituu(n)t
ex n(umer)is s(ed) monadicis. s(ed) unitates e-
xistimant h(abe)re magnitudinem. q(u)aliter
a(utem) p(ri)mu(m) unu(m) (con)stit(i)t h(abe)ns magni-
tudine(m) dubitare videntur. alius
a(utem) q(ui)s unu(m) eor(um) q(ui) sp(eci)er(um) nu(merum) esse d(ix)it
d(e)i(n)de q(uo)d (et) mathematicu(m) eunde(m) h(abe)nt esse (et) si-
militer (et) esse longitudines (et) esse plana (et)
esse solida. hi q(ui)de(m) enim alia q(uam) ma-
thematica (et) q(uae) post ydeas. a(liu)d q(uam) dicentiu(m)
hi q(ui)d(em) mathematica (et) mathematica dicu(n)t q(ui) q(ui)de(m)
no(n) faciu(n)t ydeas numeros n(e)q(ue) esse ai-
u(n)t ydeas numeros. hi a(utem) mathematica
no(n) mathematice. n(e)q(ue) n(am). minui n(e)q(ue) mag-
nitudinem o(mn)e(m) magnitudines n(e)q(ue) q(ua)slibet
unitates dualitatem esse. modicos a(utem)
numeros esse o(mne)s pon(un)t exceptis
pictagorici q(ui)c(um)q(ue) unu(m) p(ri)ncipiu(m) eo(rum)
ele(mentu)m aiu(n)t esse entiu(m). illi a(utem) h(abe)ntem
magnitudinem q(ue)madmod(um) dictu(m) e(st) p(ri)us.
Quot mod(is) q(ui)de(m) igitur (con)t(ingit) dici de ipsis et
q(uod) o(mne)s sunt dicti modi manifestu(m) ex his.
Sunt a(utem) o(mn)ia q(ui)d(em) impossibilia ma-
gis a(utem) forte altera alteris.

Primo q(ui)de(m) igitur (con)siderand(um) si (com)p(ar)abiles
unitates aut i(n)co(m)p(ar)abiles (et) si i(n)co(m)p(ar)abiles q(ua)li-
ter divisimus. est q(ui)de(m) e(nim) q(ua)mcu(m)q(ue) u-
nitate(m). est a(utem) eas q(ue) in ip(s)a du-
alitate ad eas q(ue) in ip(s)a t(ri)nitate. et
sic utiq(ue) i(n)co(m)p(ar)abiles (et) indiff(er)entes
unitates mathematicus fit nu(merus). et
unus solus (et) ydeas n(on) (con)t(ingit) e(ss)e n(umer)os
qualis n(am) nu(merus) erit autoantropos q(uod) al(iquod)
a(nima)l aliud q(uo)d(cumque) sp(eci)er(um) ydea q(ui)d(em) una unius
q(ue) puta autoantropos una (et) p(ro)p(ter) al(iud)
alia una. similes q(uidem) (et) indifferentes infini-
te sunt ut magis h(ec) trinitas p(ro)p(ter) se hoc aut
q(uam) h(ec). si a(utem) n(on) sunt numeri ydee neq(ue)
totaliter possibile ipsas esse. ex quib(us) e(ni)m
erunt principiis ydee. nu(merus) n(on) ex
uno (et) dualitate i(n)determinata (et) p(rinci)pia
(et) ele(ment)a dicuntur nu(meri) esse ordinare q(ua)q(ue)
nor(um) priores contingit nu(mer)us ipsas (ut)
p(ri)ores si q(ui)d(em) i(n)co(m)p(ar)ibiles unitates
(et) si i(n)co(m)p(ar)ibiles unitates. (et) si i(n)co(m)pe-
ribiles ut q(ue)cu(m)q(ue) cuicu(m)q(ue) (et) ma-
thematicu(m) q(uod) esse hunc nu(merum) q(ui)d(em) mathe-
maticus q(ui)de(m) ex d(ete)r(mina)tis (et) o(mn)ia ad i(n)-
fus ipsu(m) ut in tali (con)gruit ut eum
qui sp(eci)er(um). non enim erit dualitas
ex uno (et) i(n)determinata dualitate. de-
i(n)de qui deinceps nu(mer)i ut d(icitu)r du-
alitas trinitas quatrinitas. simul
e(ni)m que i(n) p(ri)ma dualitate unita-
tes generant(ur) sive sicut p(ri)mus dicit
ex i(n)equalib(us) equalib(us) f(ac)tis sic erant
sive aliter. deinde si erit altera unitas
altera p(ri)or (et) dualitate ea q(uae) ex his
erit p(ri)or. cum n(am). sunt a(liqu)a hoc q(ui)d(em) p(ri)-
us aut p(os)terius (et) q(uod) ex his erit hoc
q(ui)de(m) p(ri)us hoc aut p(os)terius. Adhuc
q(uonia)m e(st) p(ri)mu(m) q(ui)de(m) ipsu(m) unu(m) deinde
de aliis est p(ri)mu(m) unu(m). s(ed) a(utem) post
illud (et) t(er)tium tertium s(ed) q(uo)d p(ri)us s(ed) ter-
cium. tertiu(m) q(uam) p(ri)us p(ri)mu(m) unum. q(ue) p(ri)o-
res utiq(ue) erunt unitates q(ua)m numeri
ex quib(us) co(m)plant(ur) puta i(n) dualita-
te tertia unitas erit aut ante tria.

esse et in trinitate quarta et quinta ante nu-
meros hos nullus quidem ipsorum hoc mo-
do dixit esse unitates incomparabiles. est
autem et illorum quidem principiorum rationale et sic secundum veritatem
tamen impossibile. unitates enim priores et poste-
riores esse rationabile si quidem et prima aliqua unitas
et unum primum sic et dualitates. si quidem
et dualitas prima est. post primum enim ratio-
nale et necessarium aliquid esse et si secundum tertium et sic
utique consequenter simul autem ambo dicere
unitates unitatem quidem unum primum esse
et postea dualitatem primam est impossibile. hii vero
faciunt unitatem quidem et unum primum postea
et tertium non adhuc et dualitatem primam postea
autem tertium non adhuc. Manifestum autem quod non contingit
si incomparabiles omnes unitates dualita-
tem esse primam et trinitatem et sic alios nu-
meros. sive enim sunt indifferentes unitates
unaquaeque ab unaquaque necesse numerari nu-
merum appositione puta dualitatem ad unum
alio uno apposito et trinitatem alio uno ad du-
obus apposito et quaternitatem eodem modo. Hiis
autem existentibus impossibile esse generationem numero-
rum ut generant ex dualitate et uno. pars enim fit
dualitas trinitatis et haec quaternitatis. Ea-
dem quoque modo accidit et in sequentibus. Haec autem ex du-
alitate prima et indeterminata dualitate
fiebat quaternitas duae dualitates praeter ip-
sam dualitatem. Si autem non, pars erit ipsa
dualitas altera aut aderit una dualitas
et dualitas erat ex uno ipso et alio uno
si autem hoc non possibile esse aliquam elementorum dualita-
te indeterminata unam generat haec enim dua-
litatem determinatam. Adhuc praeter ipsam
trinitatem et ipsam dualitatem non erunt
aliae trinitates et dualitates et quomodo
ex prioribus unitatibus et posterioribus componen-
tur. omnia enim haec sunt ficticia et impossibile
esse primam dualitatem, sive ipsam trinitatem
necesse autem quando erit unum et indetermina-
ta dualitas elementa. Si autem impossibilia e-

venire accidentia et principia esse haec impossibile. Si
quidem igitur differentes unitates quaelibet a quibuslibet
haec et talia accidunt ex necessitate. Si autem
quae quidem in alio differentes invicem tole-
et sic in talibus minores accidunt diffi-
cultates ut puta enim in denario ipso
insunt decem unitates, componitur autem et hic
et ex duobus quinariis. Quoniam autem non quilibet
numerus ipse denarius, sicut nec unitatibus
necesse differre unitates in denario hac.
Si enim non differant nec quinarii different
ex quibus est denarius. Quoniam autem differunt
utrum non inerunt quinarii aliqui
solum hii duo aut erunt? Sive itaque non
erunt inconveniens, sive inerunt, qualis
erit denarius ex illis? non enim alter dena-
rius in denario praeter ipsum. At vero et ne-
cesse non ex quibuslibet dualitatibus quater-
nitatem componi. indeterminata dualitas
non enim accipiens determinatam dualita-
tem duas dualitates fecit. susceptiva enim
erat duo facta. Adhuc esse praeter duas
unitates dualitatem naturam quandam et
trinitatem praeter tres unitates quomodo quidem contingit?
enim participabit altera alterum quemadmo-
dum albus homo praeter album et hominem
participabit enim. haec autem quando fuerit al-
terius alterum differentia quemadmodum sit homo praeter
animal et bipes. Adhuc haec quidem tactu
sunt unum haec autem mixtione haec autem positione
quorum nullum quidem inesse unitatibus ex quibus
dualitas et trinitas. Sed quemadmodum duo
homines non unum aliquid praeter duos, sic ne-
cesse et dualitates et non quia indivisibi-
les different propter hoc et enim puncta
indivisibilia, sed tamen praeter duo nichil alte-
rum dualitas ipsorum. At vero nec
oportet latere quod accidit priores esse du-
alitates. similiter autem et alios numeros
quae enim in quaternitate dualitates
sunt invicem simul haec vero hiis quae in

octonario priores sunt et genuerunt quemad
modum dualitas has hec ipsa quaternitate
que in octonario ipso. Quare et si prima duali
tas idee et hee idee quedam erunt. Ea
dem autem ratio et in unitatibus; que enim in duali
tate prima unitates generant ipsas
quattuor que in quaternitate, quare omnes unita
tes idee erunt et componetur idea ex ide
is. Quare palam quia et idee ille quarum hee exi
stunt composite erunt velut si alia
dicat quis compositum si horum ex aliis y
dee sunt. Totaliter autem facere unitates dif
ferentes qualitercumque inconveniens et fictitium; dico
autem fictitium quod ad suppositum vi ad actum. Neque
enim secundum quantum neque secundum quale videmus
differentem unitatem ab unitate; necesse
autem aut equale aut inequale esse numerum, omnem
quidem, sed maxime monadicum; quare si neque plus
neque minus, equalis; equalia autem
totaliter indifferentia eadem putamus in nu
meris. Si autem non, neque que in decade
dualitates indifferentes erunt equales
existentes; quam enim causam habebit dicens
differentes esse? Adhuc si omnis unitas
et unitas alia duo, que autem ex dualita
te ipsa et que ex trinitate ipsa dualitas e
rit ex differentibus, et utrum prior unitate tri
nitatis aut posterior? Magis enim videtur
priorem necessarium esse; hoc quidem enim simul cum trinita
te hoc autem simul dualitati et unitati;
et nos quidem existimamus omnino unum et un
um si sint equalia aut inequalia duo esse,
ut bonum et malum et hominem et equum;
sic autem dicentes neque unitates. Si autem non est
amplius numerus quaternitatis ipsius quam
que dualitatis, mirabile; si autem plurium,
palam quia et equalis inest dualitati, quare non quod
si primus quidam est et secundus, neque erunt y
dee numeri. Hoc ipsum quidem enim recte dicunt
qui differentes unitates dignificant esse, si quidem
idee erunt ut dictum est; species una enim
species, unitates autem si indifferentes et

dualitates et trinitates erunt indifferentes;
propter hoc quod et numerari sic unum duo non
sumpto ad existente necesse est ipsis; neque
erit generatio ex indeterminata dualitate, neque
ydeas contingit esse; inerit enim alia ydea in al
tera et omnes species unius partes. Propter quod
ad suppositionem quidem recte dicunt, omnino autem
non recte. Multa enim destruunt, quoniam hoc
ipsum habere quandam dicent habere dubita
tionem, utrum quando numeramus et dicimus unum
duo tria, assumentes numeramus aut secundum par
tes facimus. Autem utroque modo; propter quod ri
diculum hanc in tantam litem reducere
differentiam.

Primum autem optimum bene determinare
que differentia numeri et unitatis, si est. Necesse autem
aut secundum quantum aut secundum quale differre. Horum
autem videtur neutrum contingens esse,
sed inquantum numerus secundum quantum. Si autem
et unitates quanto differrent, et utique nu
merus a numero differret equalis
pluralitate unitatum. Adhuc utrum
que prime maiores aut minores et po
sterius crescunt aut contrarium; omnia enim hec
irrationabilia. At vero neque secundum quale diffe
re contingit; nullam enim ipsis possibile
existere passionem; etenim numeris aiunt
existere quale posterius quanto. Ad
huc neque utique ab uno hoc ipsis fiet neque u
tique a dualitate; hoc quidem enim non quale,
hec autem quantum quale: causa multa
esse entia ipsius vocatur. Si quidem igitur aliqualiter,
dicendum in principio maxime hoc
et determinandum de unitate differentia ma
xime quidem et quia necesse existere. Si autem non,
quid dicunt? Ex quo quidem palam quia si sunt ydee nu
meri, neque comparabiles unitates omnes contingit
esse neque incomparabiles neutro
modorum. At vero neque ut alii quidam dicunt
de numeris bene se habent. Hii autem quicumque
ideas quidem non putant esse neque simpliciter
neque ut numeros quosdam existentes, mathematica autem

esse et numeros primos entium et principium ipso-
rum ipsum unum esse. impossibile enim unum quidem esse aliquod
primum ipsorum ut illi aiunt, dualitatem autem
dualitatem autem dualitatum non, neque ternari-
um ternariorum. eiusdem enim rationis omnia sunt. si
quidem igitur sic habet circa numerum et ponit aliquis
esse mathematicum non esse unum principium. ne-
cesse enim differre unum tale ab aliis u-
nitatibus. si autem hoc et dualitatem quidem pri-
mam a dualitatibus. similiter et alios numeros
qui consequenter. si autem est unum principium ne-
cesse magis quemadmodum Plato dicebat habere
circa esse numeros et esse dualitatem primam
et ternarium et non comparabiles esse numeros
ad invicem. si autem iterum aliquis ponat
hoc, dictum est quia impossibilia multa accidunt.
At vero necesse aut sic aut illo modo
quare si neutro modo non utique contingit
numerum esse separabilem. Manifestum autem
ex hiis et quia pessime dicitur tertius modus eundem
esse numerum eum qui specierum et mathematicum.
necesse enim in unam opinionem duo convenire
peccata, neque mathematicum numerum contingit hoc esse
modo, sed proprias suppositiones supponentem necesse
prolongare, et quecumque dicentibus numerum ut species
accidunt et hoc necesse. Pictagorici autem
modum sic quidem minores habent diffi-
cultates prioribus dictis, sic autem alias proprias
facere quidem enim non separabilem numerum
aufert multa impossibilium. corpo-
ra autem ex numeris esse composita et numerum ha-
bentem esse mathematicum impossibile est. neque enim in-
divisibiles magnitudines dicere verum. quam-
de quia maxime hoc habet modo, non unita-
tes magnitudinem habent. magnitu-
dinem autem ex indivisibilibus compositam quomo-
do possibile. At vero arismeticus numerus
monadicus est. illi autem numerum entia di-
cunt; theoremata autem enim applicant cor-
poribus tamquam ex illis existentibus numeris.
si igitur necesse quidem, si est numerus entium
aliquid per se horum esse aliquo dictorum modorum, nul-

lo autem horum contingit, manifestum quod non est numeri
talis natura quemadmodum construunt se-
parabilem facientes ipsum. Adhuc utrum u-
naqueque unitas ex magno et parvo equa-
tis est, aut hec quidem ex magno, hec autem ex parvo. si quidem enim sic,
neque ex omnibus elementis unaqueque, neque indifferentes
unitates. in hac quidem enim magnum,
in hac autem parvum existit contrarium natu-
ra ens. Adhuc que in ternario ipso ali-
que una enim impar. sed propter hoc forte unum
faciunt in ipsis medium. si autem utra-
que unitatum ex ambobus est equatis, dualitas
quemadmodum erit que una quedam existens na-
tura ex parvo et magno. aut quid differt
ab unitate. Adhuc prior unitas dua-
litate. interempta enim interimitur dua-
litas. ydeam igitur ydee necesse ipsam esse
priorem ut existentem ydeam et factam esse prio-
rem. ex quo indeterminata autem dualita-
te dualia fiebant. Adhuc necesse aut
infinitum numerum esse aut finitum. separabilem
enim faciunt numerum. quare non possibile neque con-
tingere alterum quidem horum. quod quidem infinitum non,
quod palam palam. neque enim impar infinitus
est neque par. generatio autem numerorum aut imparis
numeri aut paris semper est. sic quidem enim unitate
in parem cadente impar, sic autem dualita-
te quidem incidente qui ab uno dup-
plicatus, sic autem imparibus alius par. Adhuc
si omnis ydea alicuius aut numerus ydee et
infinitus erit ydea, et numerus autem sen-
sibilium aut alicuius alterius quamvis neque ipso
ne contingit neque secundum rationem ordinantibus autem
sicut ydeas. si autem finitus, usque
ad quantum? hoc enim oportet dici non solum quia sed et
propter quid. At vero si usque ad denarium
numerus sicut quidam aiunt, primo quidem cito
deficient species, puta si est trinitas per
se homo, quis erit numerus per se bonus,
quis erit numerus per se equus, per se
unumquodque enim unus usque denarium
necesse fieri eorum qui in hiis numerorum quidem

esse. Alie enim componentur ex duabus, ergo deficient unitates. Enim species species excedunt. Amplius palam quia et si sit trinitas per se homo et ipse trinitates alie que in eisdem numeris, quia in ipsa trinitate erunt homines si quidem ydea unaqueque trinitas per se uniuscuiusque homo, si autem non sed homines. Et si pars que minor maioris ex compositis unitatibus earum que in eodem numero. Si enim quaternitas sit ydea alicuius puta equi aut albi, homo erit pars equi si dualitas homo. Inconveniens autem et decadis quidem esse ydeam, undecadis autem non neque sequentium numerorum.

Amplius autem et sunt et fiunt quedam et quorum species non sunt. Non ergo omnium species, quare et aliorum species non sunt. Et adhuc inconveniens si numerus quidem usque ad denarium perfecto existente numero generantur ipsorum entia puta vacuum, analogia, impar, alia huiusmodi intra denarium. Hec quidem enim principia assignant puta motum statum bonum malum. Alia autem numeris. Propter quod unum est impar. Si enim in trinitate quomodo quinarius impar? Amplius magnitudines et quecumque talia usque quantitatis puta prima linea individua, deinde dualitas, deinde et ista usque ad denarium.

Adhuc si est separabilis numerus dubitabit utique aliquis utrum prius unum aut trinitas et dualitas. In quantum quidem utique numerus compositus unum prius, in quantum autem universale et species numerus magis. Unaqueque enim unitatum pars numeri ut materia, est autem quidem ut rectus prior acuto quia determinatus est ratione, est autem ut acutus quia pars et in hunc dividitur. Ut materia quidem itaque acutus et elementum et unitas prius, ut autem secundum speciem et substantiam eam que secundum rationem rectus et totum quod ex materia et specie. Propinquius enim speciei et cuius ratio quod ambo, generatione autem posterius. Quomodo ergo principium unum? Quia non divisibile aiunt universale et partem et elementum. Sed modo alio, hoc quidem secundum rationem, hoc autem secundum tempus. Qualiter ergo principium unum? Sic enim dictum est ut rectus acuto et hoc illo videtur prius esse et utrumque unum. Utroque modo faciunt principium unum. Est autem impossibile. Hoc quidem enim ut species et substantia, hoc autem ut pars et ut materia. Est enim aliqualiter unum utrumque. Secundum veritatem quidem potentia, quia si numerus unum quid et non ut acervus sed alius ex aliis unitatibus sicut aiunt, actu autem non est unitas utraque. Causa autem accidentis peccati quia simul ex mathematicis venabantur et ex rationibus universalibus. Quare ex illis quidem ut punctum unum et principium posuerunt.

Quemadmodum igitur et alii quidam ex minimo entium composuerunt et isti. Quare fit unitas materia numerorum et simul prior dualitate, iterum autem posterior tamquam toto quodam et uno et specie dualitate existente. Propter universale autem querere predicatum unum et sic ut partem dixerunt. Hec autem simul eidem impossibile existere. Si autem unum ipsum oportet solum sine positione esse, in nullo enim differt aut quia principium, et dualitas quidem divisibilis, unitas autem non, similior utique erit ipsi uni unitas. Si autem unitas et illud unitati et dualitati. Quare prior utique erit utraque unitas quam dualitas. Non aiunt autem, generant ergo dualitatem primo.

Adhuc si est dualitas unum aliquid et trinitas ipsa, ambo dualitas. Ex quo ergo hec dualitas? Dubitabit autem aliquis utique et quoniam tactus quidem non est in numeris, quorum autem que consequenter quecumque non est intermedium unitatum, puta eorum que in dualitate aut trinitate, utrum consequenter ipsi uni aut non, et utrum prior dualitas horum que consequenter aut unitatum qualibet. Similiter autem et de posterioribus generibus numeri accidunt difficultates, linea et plano et corpore. Hii quidem enim ex speciebus magni et parvi faciunt puta ex

longo quidem et brevi longitudines, ex lato
et stricto plana, ex profundo autem et hu
mili moles; hec autem sunt species magni et
parvi. Id autem quod secundum unum principium aliqui po
nunt, et in hiis autem multa ponunt et impossi
bilia et ficticia et contraria omnibus rationabilibus.
Absoluta enim ad invicem accidit, et si non consequentur
et principia, ut sit latum et strictum et longum
et breve; si autem hoc, erit planum linea
et solidum planum. Adhuc anguli
et figure et talia quomodo assignabuntur?
Idem quod accidit eis que circa numerum; hec enim mag
nitudinis sunt passiones, sed non ex hiis
magnitudo, quemadmodum neque ex recto et
flexo longitudo, neque ex plano et aspe
ro solida. Omnium autem communiter horum quod
de in speciebus que ut generis accidit dubita
re, si ponit universalia, utrum animal ipsum in
animali; hoc enim non separabili quidem sicut
accidit hoc dicentes aiunt uno et
numeris non facile solvere, si non facile oportet
dicere quod impossibile. Quando enim intelligit quis in
dualitate unum et totaliter in numero, u
trum ipsum intelligit aliquid aut alterum. Hii quidem
igitur magnitudines generant ex tali materia, alii
ex puncto. Punctum autem ipsis videtur
non quidem unum sed velut unum, et alia mate
ria qualis multitudo sed non multitu
dine; de quibus nichilominus eadem accidit
dubitare. Si quidem enim una materia, idem
linea et planum et solidum; ex eisdem enim
idem et unum. Si autem plures materie, et
alia quidem linee, alia autem plani et soli
di, aut sequuntur invicem aut non; quare
eadem accidunt et sic; aut enim non ha
bebit planum lineam aut erit linea.
Adhuc qualiter quidem contingit esse ex uno et
multitudine numerum nichil propter habet;
qualiter autem dicunt, hec accidunt dif
ficultates que quidem et hiis qui ex uno
et dualitate indeterminata. Hoc quidem
ex primo universaliter generat numerum et non

aliqua multitudine, hic autem ex aliqua mul
titudine; prima autem dualitate enim prima
quedam esse multitudine. Quare nichil differt ut
est dicere, sed dubitationes eedem sequuntur: mixtura
an positio aut neque et alia talia. Maxi
me utique autem quis inquiret si una
quaque unitas est aut ex uno ipso esse et mul
titudine aut parte multitudinis; multi
tudinem quidem igitur aliquam esse dicere unitatem
impossibile indivisibilem existentem, quod autem
ex parte alias multas difficultates habet;
indivisibilem enim unamquamque necessarium esse par
tium aut multitudinem esse aut unita
tem divisibilem et non elementum esse unum et mul
titudinem; unitas enim unaqueque non ex
multitudine et uno. Adhuc nichil aliud quam
hoc dicens nisi numerum alterum; multitudo
enim indivisibilium et numerus. Adhuc querendum
et a sic dicentibus utrum infinitus nume
rus aut finitus. Existit enim ut vi
detur et finita multitudo, ex qua finite
unitates et uno est; quod et alterum ipsa multi
tudo et qua finite unitates et uno est
et alterum ipsa multitudo et multitudo
infinita. Qualis igitur multitudo et mul
titudo elementum est et unum. Similiter de puncto
utique queret et elementum ex quo faciunt mag
nitudines; non enim solum punctum est, sed aliorum
quodque aliorum unumquodque ex quo non enim in divi
sione aliqua et puncto ipso. Adhuc
sed partes indivisibiles, quemadmodum divisiones
esse partes quemadmodum multitudinis ex
quibus unitates numerus enim quidem ex in
divisibilibus componitur; magnitudines autem non.
Omnia utique hec et alia talia palam faci
unt quod impossibile est numerum et magnitu
dines separabiles. Adhuc autem dissona
re modos de numeris signum quia res
ipse existentes non exhibent causam ip
sis. Hii quidem mathematica facientes preter
sensibilia videntes causam esse species dif
ficultatem et fictionem desistunt ab yde

atico numero et mathematicum fecerunt. Qui autem species volentes simul et numeros facere non videntes autem si principia quis hoc ponat quomodo erit mathematicus numerus preter ydeaticum, eundem ydeaticum et mathematicum fecerunt numerum ratione, quoniam opere quidem interemptus est mathematicus; propriis enim et non mathematicas ponens dicit. Primus qui ponentes species esse et numeros species et mathematica esse rationabiliter separavit. Quare omnes accidit secundum aliquid quidem dicere recte, totaliter autem non recte. Et ipsi autem confitentur non eadem dicentes sed contraria. Causa autem quia suppositiones et principia falsa. Difficile autem ex non bene habentibus dicere bene secundum epicarmum: protinus quidem dictum est et quod factum videtur non bene habens. Sed de numeris quidem sufficientia dubitata et determinata magis enim ex pluribus utique adhuc persuadebitur quis plus, ad non magis esse de primis autem principiis et primis causis et elementis, quecumque quidem dicunt de sola sensibili substantia determinantes, hec quidem dicta in hiis que de natura, hec autem non sunt methodi eius que nunc. Quecumque dicentes esse preter sensibiles alias substantias quoniam est speculari deinceps. Quoniam igitur dicunt quidam esse tales ydeas et numeros et horum elementa esse entium elementa et principia, considerandum de hiis quid dicunt et qualiter dicunt. Qui quidem igitur numeros faciunt solum et hos mathematicos posterius considerandum. Dicentium autem ydeas simul et modum speculabitur utique aliquis et dubitationem eam que de hiis. Simul enim universales faciunt ydeas et iterum tamquam separabiles et singulares. Hoc autem quod non contingit dubitatum est prius. Causa autem copulare sed quidem que in sensibilibus singularia fluere putabant, manere nullum ipsorum, universale autem preter hec esse et alterum aliquid ab eo. Hoc autem fuit sicut in anterioribus diximus, movit quidem socrates propter diffinitionem, non separavit quidem a singularibus et hoc recte intellexit non separans. Manifestat autem ex operibus: sine universali quidem non est accipere scientiam. Separare autem causa accidentium difficultatum est circa ydeas. Hii autem tamquam si quidem erunt alique substantie preter sensibiles et fluentes separabiles esse, alias quidem non habebant, has autem universaliter dictas produxerunt, ut accidat fere easdem naturas esse universales et singulares. Hec quidem igitur ipsa per se ipsam erit quedam utique difficultas dictorum.

Quod autem et dicentibus ydeas aliquid habet et non dicentibus et secundum principia in dubitationem dictum est prius, dicamus nunc. Si quis enim non ponat substantias esse separatas et hoc modo ut dicuntur singularia entium, auferet substantiam ut nolumus dicere. Si quis autem substantias separabiles quis ponet elementa et principia ipsarum. Si quis enim singulariter et non universaliter, tot erunt entia et non scibilia quot elementa et principia ipsorum. Si quidem enim singularit sicut enim quidem in voce sillabe sunt elementa autem ipsarum elementa ipsarum, necesse tunc b a unum esse et in neque sillabarum unam si quidem non universaliter et specie eadem, sed numero unum et hoc aliquid et non equivocum. Adhuc autem ipsum esse unumquodque ponunt, non erunt quidem plura a uno tamquam aliorum elementorum nullum secundum eandem rationem secundum quam neque aliarum sillabarum eadem et alia. At vero si hoc, non erunt preter elementa altera entia sed solum elementa. Adhuc neque scibilia elementa, non enim universalia, scientia autem universalium. Palam autem ex demonstrationibus et diffinitionibus: non enim fit sillogismus quod hic triangulus duobus rectis, si non omnis triangulus duobus rectis, neque quod hic homo est animal, si non omnis homo est animal. At vero si universalia principia, aut et ex hiis substantie universales, non erit substantia prius substantius; universale quidem enim non substantia, elementum autem

et principium universale. Prius autem elementum et principium
principiato, et elementum et elementatum. Hec itaque omnia ac-
cidunt rationabiliter quod ex elementis faciunt ydeas et
preter substantias autoeidos illas et ydeas unum ali-
quid dignum esse separatum. Si autem nichil prohibet quem-
admodum in vocis elementis multa esse a et a et
b et b, et nichil esse preter multa ipsum alpha et ipsum
beta, erunt gratia huius infinite similes
sillabe. Etiam autem omnem scientiam universalem, ut necesse
sit entium principia universalia esse et non substantias separatas,
habet quidem maxime dubitationem dictorum. Attamen habet
est quidem ut verum quod dicitur, est autem ut non verum.
Scientia enim sicut et scire dupliciter, quorum hoc quidem potentia
hoc autem actu. Potentia quidem igitur ut materia uni-
versalis existens et indeterminati universalis et indetermi-
nata est; que autem actu determinati et
determinata est; que autem actus hoc aliquid
existens huius aliquid est. Sed per accidens visus univer-
salem colorem videt, quia hic color quem videt
est color, et quod speculatur grammaticus hoc alpha
alpha. Quoniam si necesse principia universalia esse,
et que ex hiis universalia, quemadmodum
in demonstrationibus; si autem hoc, non erit separa-
bile nichil neque substantia. Sed palam quod est quidem
scientia universalis, est autem ut non.

De substantia quidem igitur hac dicta sint tan-
ta. Omnes autem faciunt princi-
pia contraria sicut in physicis et
circa immobiles substantias similiter.
Si autem omnium principio non contingit ali-
quid esse prius, putant si quis dicat album principi-
um esse non in quantum alterum sed in quantum album, non
tamen de subiecto et alterum aliquid ens album esse.
Illud enim prius erit. At vero fiunt omnia ex
contrariis ut subiecto quodam, necesse igitur maxime con-
trariis hoc existere. Semper igitur omnia con-
traria in subiecto et nichil separabile. Sed sicut vi-
detur et nulla substantia contrarium, et ratio testifica-
tur. Nichil igitur contrariorum proprie principium om-
nium sed in quantum alterum. Hii autem alterum

contrariorum materiam faciunt, hii quidem uni ae-
quali inequale, quasi hoc sit multi-
tudinis natura, hii autem uni multitu-
dinem. Generantur enim numeri hiis quidem ex inequali-
tatis dualitate magni et parvi, huic
autem ex multitudine, ab unius autem ex mul-
titudine, ab unius autem substantia ambobus. Et
enim qui inequale et unum dicit elementa, inequa-
le autem ex magno et parvo dualita-
tem, tamquam unum existentia inequale et
magnum et parvum dicit, et non dicit determinans
quia ratione, numero autem non. At vero et prin-
cipia que elementa vocant non bene assignant,
hii quidem magnum et parvum dicentes cum
uno tria hec elementa numerorum, duo quidem ut ma-
teriam, unum autem formam; hii autem multum
et paucum, quia magnum et parvum magnitu-
dinis congeniora per naturam; hii autem universale
magis in hiis, excedens et excessum. Differt
autem horum nichil ut est dicere ad quedam accidentium,
sed ad logicas solum difficultates quas obser-
vant quia et ipsi logicas faciunt demonstra-
tiones. Verumptamen eiusdem rationis est excedens et excessum
esse principium, sed non magnum et parvum, et
unum prius dualitate elementis. Utraque enim
ambo magis sunt. Nunc autem hoc quidem
dicunt, hoc autem non dicunt. Hii autem al-
terum et aliud ad unum. Non autem sunt que-
admodum volunt entia ex contrariis,
uni autem aut nichil contrarium aut si quidem
debet, pluralitas multitudo; inequale autem
equali et alterum eidem et aliud ipsi. Maxime
quidem unum multitudini. Et opponentes ha-
bent aliquam opinionis causam, neque
hii sufficienter; erit enim unum paucum. Multi-
tudo quidem enim paucitati, multum
autem pauco opponitur. Unum autem quia men-
suram significat manifestum, et in omni est aliquid al-
terum subiectum, puta in armonia dyesis, in magnitudine autem digi-

uel aut pes aut aliquid. Et rethimus & ba
sis & similia sunt aut & in grauitate
podus aliquid determinatum est. Et omnibus au
tem eodem modo et in qualitatibus que ad
in quantitas quantum aliquid indiuisibile metrum hoc
quidem secundum speciem hoc autem ad sensum tang
non existente aliquo uno secundum se ipsa et hoc secundum ro
nem rerum et indiuisibiliter non est numerus unum u-
metrum metra & principium et metrum et unum
u. quod semper idem aliquid existere omnibus me
trum. puta si equus mensura eorum et homo
homines. Si autem homo et equus et deus forsan
forte et numerus ipsorum erit animal. Si autem
homo et album et ambulans minime quidem
numerus horum per eidem omnia existere et unum
secundum numerum non tamen genera erit nume
rus quorum aliquid dicimus alterius talis
appellationis. Qui autem inequale unum
aliquid dualitatem aut indeterminatam facien
tes magni et parui longe ab hiis ual
de que uidentur et possibilibus dicunt
passiones enim hiis et accidentia magis
que ipsa numeris magnitudinibus sunt ut multum
et paucum numeri et magnum et paruum
magnitudines quemadmodum par et impar
et planum et asperum et rectum et curuum.
Adhuc autem cum ipso et ad aliquid necesse
est magnum et paruum et quecumque talia ad
aliquid. Quod omnino minime natura aliqua ut ipsa et
substantia est. et posterius quali et quanto et
passio quedam quanti ad aliquid sicut dictum est:
sed non materia aut aliquid alterum et totaliter
communium ad aliquid et partibus ipsius et speciebus
ut ita est. in paruum in magnum in multum
in paucum in totaliter ad aliquid est signum
quod minime ipsa aliqua et ens aliquid ad aliquid
solum non esse generationem ipsius in gene
rationem in corruptionem et motum quemadmodum
secundum quantitatem augmentationem et diminutionem secundum quale al
terationem. secundum locum lationem secundum ipsam simpliciter
generatio et corruptio sed non secundum ad aliquid sine
motu in aliis quod magis aliud autem

minus aut equale est altero secundum quantitatem
mutante quiescentem materiam esse que po
tentia quidem et substantia ad aliquid autem in potentia in ipsa
in actu existens quod magis aut impossibile
ipse non ipsam esse elementum et prius prius
aut omnis cathegorie. Adhuc autem
alia non predicantur de eis que alia mul
tum aut et paucum & seorsum et simul predicantur
de numero et longum et breue de linea
et superficies est lata et stricta. Si uero et est
aliqua quod quidem semper paucum puta dua
litas si n. multum unum uerbi paucum erit
et utique multum simpliciter erunt puta de
narius multa et si hoc non est plus a-
mirifica quodquod erit ipse ex paucis
et minus multus. aut enim ambo oppor
tebit forsan aut neutrum. non aut alterum
solum secundum hunc simpliciter aut considerare op
portet utrum possibile perpetua ex elementis
composita. materiam n. habebit. oportet
enim omne quod ex elementis. Adhuc
nunc necesse existens est et temporale est et uti
que si fieret ex impossibili utique erit possibile autem
quod et temperari et non sit quod maxime semper
est numerus aut quod alterius nunc ha
bens contingens utique non esse sic. et
quod unam dicens habens et quos quidem annos
sic autem sic et quod tantum tempus
et non est continuus non utique quod utique e
runt perpetue esse ipse alia ex quibus est
existentibus. Sunt autem aliqui qui du
alitatem quidem indeterminatam faciunt
cum uno elemento. et equale autem rationa
bilia sunt accidentia impossibilia a quibus
tanta solum remota sunt dubitabilia
quanta ipsi faciunt inequale et ad aliquid
elementum necessaria accidunt dicentibus autem
aut sine hac opinione hec et alia exi
stere ueniunt sui ydealem numerum ex ipsis
faciunt sui mathematicum. Omnino aliquid
quod esse errationis ad has causas ma
xime dubitare antiquitus uidebat

enim ipsis omnia facere unum entia ipsum ens
si non aliquis solvat et presentialiter vadit per-
menidis sermoni. non enim nec sperte hoc non
esse non existens sed necesse esse non ens ostendere
quia est. sic enim ex non ente et aliquo alio
entia fore similia autem quamvis primo
quidem si ens multipliciter. hoc quidem enim quod significat substantiam
hoc autem quod quale hoc autem quod quantum et alias utique
cathegorias. qualia igitur entia omnia unum
quod non ens erit utrum substantie aut passiones et
alia utique aut omnia erunt unum quod et
et quod tale et tantum et alia quecumque unum aliquid significant
sed inconveniens magis autem impossibile unam naturam
factam causam esse entis hoc quidem esse hoc.
hoc autem tale hoc autem tantum hoc autem ubi. De-
inde ex quali non ente et ente entia
multipliciter autem enim et quod non ens quoniam et quod ens. hoc
quidem non homo significat non esse hoc quod autem
rectum non esse tale quod autem non tricubitum
non esse tantum. ex quali igitur ente et non ente
multa entia. vult enim utique mendacium
et hanc naturam dicere quod non ens ex quo
et ente multa entia propter quod et dicebatur quod
oportet mendacium aliquid supponere et quemadmo-
dum et geometre pedale esse eam que non
est pedalis. impossibile autem sic habere. neque
enim geometre mendacium nullum supponunt
non enim in sillogismo propositio neque ex sic non ente en-
tia fiunt neque corrumpuntur. sed quoniam quidem secundum ca-
sus non ens equaliter predicamentis quod preter
hoc autem dicitur ut mendacium dicitur non ens et
quod secundum potentiam ex hoc generatio est. ex hoc non homi-
ne potentia autem homine homo et ex non albo
potentia autem albo album sive unum aliquid
fiat sive multa. videtur autem quomodo quali-
ter multa ens quod secundum substantias dicitur. numeri
enim longitudines et corpora generata sunt.
inconveniens utique qualiter quod multa ens
quod quid est dicere. qualitatum autem aut qua-
litatum aut quantitatum non. non enim utique du-
alitas indeterminata est neque magnum
et parvum causa quod duos albos aut
multos esse colores aut humores aut
figuras non enim utique et hec erunt uni-
tates. At vero si hec supervenissent vidis-
sent utique causam et que in illis idem. enim et pre-
terea causa ipsa. non congressio cum contro-
versum contrariis entis et unius ex quibus en-
tia huius aut quidem et inequale supponi quod ut
contrarium ut neque contrarium neque horum naturam enti-
um quemadmodum et quod tale et contrarie oppo-
nunt quare et hoc qualiter multa quidem aut quidem sed
non unum neque quare quales que multe unitates
preter unum primum quod qualiter multa inequa-
lia preter inequale non adhuc quamvis u-
tuntur et dicunt magnum et parvum
multum et paucum ex quibus numeri longum et
breve ex quibus longitudo latum et stric-
tum ex quibus planum profundum et humile
ex quibus moles et adhuc utique plures species
dicunt eius quod quidem. huius utique que causa ecende
multa necesse quidem igitur sicut dico supponi posse ens
unicuique hoc autem sic quod anticias fecit qui hoc
dicit quid potentia hoc quod ad aliquid quemadmodum dixit quod ali-
quod ut posse quod ut neque unum aliquid entium neque non ens
quam magis quemadmodum dictum est sic autem debebat aliter
multa entia non quod in eodem predicto querere
aliter multe substantie aut multa qualia. sed
aliter multa entia hoc quidem enim substantie hoc autem
passiones sed autem ad aliquid in aliis quidem igitur
predicamentis habet quedam et aliam instantiam
aliter multa quia enim non separabilia esse eo quod
subiectum multa fiat et sic qualia multa sunt
et quanta quamvis oportet quidem aliquam esse materiam u-
nicuique generi. verumptamen separabile impossibile
substantiis. sed in hiis que hoc aliquid habet quandam ratio-
nem quomodo multa sed hoc aliquid si non hoc
aliquid erit et hoc aliquid et natura aliqua ta-
lis. hoc autem est ex illa parte magis du-
bitatio qualiter multe actu substantie sed
non una. At vero et si non idem est quod hoc
et quod quantum non dicitur qualiter et propter quod mul-
ta entia sed qualiter quanta multa nu-
merus enim omnis quantum dicitur et unitas

sicut non inerunt quod quod secundum quantum in sensibilibus; si ad aliquid alterum quod quantum et quale quod non dicitur quod quod est in quantum multa fit ad unitas, amplius utique dicet quantitates firmabit aliquis utrique unus et de numeris unde oportet accipere fidem quod sunt. Ydeas quidem enim ponenti prebent quandam causam entibus, si quidem unusquisque numerorum ydea quedam, ydea autem aliis causa essendi aliquo modo sit; enim supponatur ipsis hoc. Non putanti autem hoc modo propter inexistentes difficultates videre circa ydeas, ut propter hoc non faciat, aut numeros facienti, autem numerum mathematicum, unde oportet credere quod est talis numerus, et quid aliis utilis? Nichil enim nec dicens ipsum esse dicit, sed ut secundum se quandam dicit naturam, nec videtur ens causa; theoremata autem arismeticorum omnia et de sensibilibus existunt quemadmodum dictum est.

Ponentes autem quidem ydeas et numeros ydeas esse secundum expositionem uniuscuiusque preter multa accipere unum aliquod unumquodque temptant quare dicere quoniam propter hoc est; et in quantum quidem ut sint possibilia hoc, non vero verum; neque propter hoc esse dicendum. Pictagorici autem propter videre multas numerorum passiones existentes corporibus sensibilibus esse quidem numeros fecerunt entia, non separabiles autem, sed ex numeris entia. Propter quid autem? quia passiones armonice existunt et in celo et in multis aliis. Mathematicum autem solum esse numerum dicentibus nichil tale contingit dicere secundum suppositiones, sed quoniam non erunt ipsorum scientie dicebatur. Nos autem dicimus esse quemadmodum diximus prius. Et palam quod non sunt separata mathematica; non enim utique separatorum passiones existerent in corporibus. Pictagorici quidem secundum tale quidem nulli rei tenentur; componentes ex numeris armonica corpora, ex non habentibus gravitatem neque levitatem habentia, videntur de alio celo dicere et corporibus sed non sensibilibus. Separabilem autem facientes quoniam in sensibilibus non erunt axiomata, vera autem que dicuntur et persuadent animam, existimant et separata esse. Similiter autem et magnitudines mathematicas. Palam igitur quod contrarius sermo contraria dicet, et quomodo dubitatum solvitur sic dicentibus propter quid neque in sensibilibus existentibus passiones insunt ipsorum. Sunt autem quidam qui ex hoc quod puncta ultima sunt linee, linea autem superficiei, superficies autem solidi, putant esse necessarium tales naturas esse. Oportet utique et hanc inspicere rationem ne valde sit mollis. Neque enim substantie sunt extrema sed magis omnia hec termini; et enim ambulationis et totaliter motus est terminus. Hoc igitur erit hoc aliquid et substantia quedam; sed inconveniens. Quin immo et si sunt sensibilium, erunt omnia in hiis; nichil enim diceret propter quid separabilia erunt. Adhuc autem queret utique aliquis non valde promptus existens de omni numero et mathematicis, nichil conferre invicem priora posterioribus. Non existente enim numero nichil minus magnitudines erunt mathematica esse dicentibus, et hiis non existentibus anima et corpora sensibilia. Non videtur autem natura episodiosa existens ex apparentibus quemadmodum prava tragedia. Ydeas autem ponentibus hoc quidem effugit; faciunt enim magnitudines ex materia et numero, ex dualitate quidem longitudines, ex trinitate autem plana, ex quaternitate autem solida, aut et ex aliis numeris; differt enim nichil. Sed hec quidem utrum ydee erunt aut quis modus ipsorum et quid conferunt entibus? Nichil enim, sicut neque mathematica, neque hec conferunt.

At vero neque existit quidem de ipsis aliquod theorema, si non aliquis velit removere mathematica et facere quasdam opiniones proprias. Est autem non difficile quaslibet suppositiones ponentes et longe prolongare. Hii quidem igitur sic adnectentes ydeis mathematica peccant. Primi autem duos numeros facientes, eum qui specierum et mathematicum alium, neque dixerunt neque habent utique dicere qualiter et ex quo erit mathematicus. Faciunt enim ipsum intermedium ydealis et sensibilis. Si quidem enim ex magno et parvo, idem erit illi qui specierum; alio autem aliquo

magno et paruo magnitudines. Ut facit si ut alteri dicet platica dicet et si aliquis utentibus principium quod ad in primis unum in primis unum erit aut adhuc ad quatuor et hoc mixta unum et sic numerum si quis ex uno et dualitate indeterminata quasi facit. Propter aliud omnia aut impossibilia et repugnant sibi ipsis et rationabilibus et uidetur in ipsis esse symonidis longus sermo. Fit enim longus sermo quemadmodum qui seruorum quando nichil sanum dicunt. Videntur autem et ipsa elementa magnum paruum quasi tracta non possunt enim nullo modo generare numerum nisi eum qui ab uno duplicatum. Inconueniens autem et generationem facere perpetuis existentibus magis autem unum aliquid impossibilium. Pitagorici quidem igitur utrum non faciunt aut faciunt generationem nichil oportet dubitare. Manifeste enim dicunt quod uno constituto siue ex planis siue ex colore siue ex spermate siue ex quibus dubitant dicere confestim proximum infiniti trahebatur et adducebatur a terra. Quoniam autem quidem mundum decorant et physice uolunt dicere iustum ipsos exquirere ab de natura. Ex hac autem quidem in immobilibus querimus principia. Quare et istorum talium querendum generationem. Imparis quidem igitur generationem non aiunt tamquam palam existente parium existere generationem. Parem autem primo ex inequalibus quidam constituunt magno et paruo equatis. Necesse igitur prius existere inequalitatem ipsis aut equari. Si autem semper erant equata non utique erunt inequalia prius. Semper enim quod semper non est prius. Quare manifestum quod non contemplandi gratia faciunt generationem numerorum. Habet dubitationem et bene dubitanti increpationem aliquam qualiter habet ad bonum et malum elementa et principia. Dubitationem quidem hanc utrum est aliquid illorum quale uolumus dicere ipsum agathon et optimum aut non et hyliterne theologis quidem enim confessum esse eorum quod nunc aliquibus quidem non nominatur. Sed non precedere entium natura et bonum et malum apparere sed quod faciunt secundum ducentes ueracem difficultatem que accidit dicentibus quemadmodum quidam unum principium. Est autem difficultates non sempiter assignare principio quod bene tamquam existit sed propter unum principium ex uno et elementum ut numerum ex uno. Poete autem antiqui sic similiter ut regnare et principari aiunt non primos puta noctem aut celum aut chaos sed iouem. Quin immo tribus quia dicere propter permutari principantes entium. Accidit talia dicere commixti quidem ipsorum et eo quod fabulose omnia ut ferecides et alii quidam qui generauit primum optimum posuerunt et magi. Posteriores autem sapientum uelut empedocles et anaxagoras hoc quidem amiciciam elementum, hoc autem intellectum principium faciens. Dicentium autem immobiles substantias esse quidam autem ipsum bonum unum esse substantiam ipsius putabant esse maxime. Dubitatio quidem igitur hoc utrum modo oportet dicere inter ista autem si primo et perpetuo et per se sufficientissimo hoc ipsum primum non tamquam bonum existit per se sufficientia et salus. Verum non propter aliquid alio incorruptibile quam quod bene habet. Itaque per se sufficiens quod dicere quod principium tale est rationale uerum est. Impossibile esse ipsum unum aut si non hoc elementum et elementum numerorum impossibile. Accidit enim multa difficultas quam quidam fugientes dubitauerunt quidem unum quidem confitentes principium esse primum et elementum numerum mathematici. Omnes enim unitates fiunt quod quidem bonum aliquid et multa quedam habundantia bonorum. Adhuc si species numeri species omnes quod quidem bonum aliquod. Sed uero quorum uult ponat quis ydeas esse si quidem enim bonorum solum non erunt substantie ydee si autem et substantiarum omnia animalia et plante bona et participantia. Sed hec accidunt inconuenientia et contrarium elementum siue multitudo ens siue inequale et magnum et paruum malum ipsum. Propter quod hic quidem fugiebat bonum adaptare

imi tangit eius necnon qui ex contrariis generationem
magni et parvitudinis naturam esse. Unum autem aequale
mali naturam accidit utique omnia entia participare
malo preter unum, scilicet ipsum unum, et impermixto
numeros participare quam magnitudines, et malum
boni regionem esse, et participare et appetere corrup
tivum; quod enim corruptivum contrarium, et sicut quidem ad
modum dicebamus quod materia est potentia bonum. Sed utique
omnia accidunt hec. Causa quia hoc vero quidem
omne principium, hoc autem quod numeros primas
substantias et separabilia et species. Si igitur et non ponere
bonum in principiis et ponere sic impossibile, palam
quod principia non assignantur recte neque prime
non recte autem existimat neque si quis assimilat
totius principia ei quod animalium et plantarum, quia ex indetermi
natis imperfectis autem semper quod perfectiora, propter
quod et in primis sic habere ait, ut neque esse quod
sit unum ipsum. Sunt enim et hic perfecta principia ex qui
bus haec; homo enim generat, et non sperma. Primum
inconveniens autem et locum simul solidis mathematicis
facere; locus quidem enim singularium proprius, propter quod
loca separabilia, mathematica autem non. Et quia dicere
quod erit alicubi, quid autem est locus, non. Op
portebat autem dicentes ex elementis esse entia et
entium prima numeros dividentes, numerus est ex
principiis ut mixtione, sed non omne mixtibile
quorum fit alterum non erit separabile, quod unum neque
altera natura ut volunt. Sed compositione sicut sylla
ba. Sed positionem quia necesse existere, et seorsum intelli
gens intelliget unum et multitudinem. Hic
igitur erit numerus, unitas et multitudo, aut
unum et inaequale. Et quoniam ex aliquibus esse, quidem
ut existentibus, aut ut non existentibus, magis numerus. Sed
non ut existentibus, non sunt nisi quorum genera
tio. Sed ut a spermate; sed non est possibile indivisibile
aliquid abire. Sed ut ex contrario non permanente. Sed
quecumque sic sunt et ex aliquo alio sunt perma
nente. Quoniam igitur unum hic multitudini, hic quidem con
trarium ponit, hoc autem inaequali tamquam
aequali, uno utens ut ex contrariis
erit numerus; quodvis ad alterum existens perma
nente et altero; aut sunt. Adhuc
cur utique alia quecumque ex contrariis aut
quibus sunt contraria corrumpitur utique omnia
numerus autem non. De hoc enim nihil dicitur quidem et tamen
et non inexistens corrumpit contrarium, puta
lis mixturam quibus non oportebat. Non
enim sic contraria. Nihil determinatur, neque qualiter
numeri causa substantiarum, neque ut terminus ut pu
ta magnitudinum et ut Eurytus ordinabat
uter quis numerus cuius velut hic quidem ho
minis hic autem equi sic numeros dicentes
in figuras trigoni et tetragoni sic assi
mulabat [illegible] plantarum; aut
quia ratio autem symphonia numerorum; similiter autem
et homo et aliorum unumquodque. Passiones utique quomo
do numeri album et dulce et calidum? Quod autem
non numeri substantia causa formae palam; ratio
enim substantia, numerus autem materia. Puta carnis aut
ossis numerus substantia sic: tria ignis, terrae au
tem duo. Et semper numerus quorumcumque sunt aliquorum
est, erit igneus aut terreus aut mo
nadicus; sed substantia tantum esse ad tantum secundum mixtio
nem. Hoc autem non est numerus sed ratio mixtionis
numerorum corporalium aut quorumcumque. Neque igitur eo
in faciendo numerus neque totaliter numerus neque mo
nadicus neque materia neque ratio et species rei.
Adhuc autem utique et quae gratia dubitabit utique
aliquis et quare bene est numeris esse mix
turam aut in [illegible] aut in imparem
[illegible] erit melli
tum mixtum. Sed magis proderit utique in nulla
ratione existens [illegible] autem quam in multo et mix
tum existens. Adhuc rationes in appositione numero
rum sunt quae mixtionum, non in numeris pu
ta tria ad duo. Sed non est duo idem enim oportet
genus esse in multiplicatis; quare oportet mensurari
ipso a ordine in alio a b g et ipso d
eum in alio d e e. Quare eodem omnia quare
sic erit ignis b e g e et aqua nume

rus vis ea. Si autem necesse omnia numero participare, necesse multa accidere eadem et numerum eundem huic et illi. Utrum igitur hec causa et propter hoc res est aut immanifestum? puta est quedam solis lationum et iterum lune, et animalium unicuiusque vite et etatis. Quid igitur prohibet quasdam horum tetragonos esse, quosdam autem cubicos, hos autem duplos? Nichil prohibet, sed necesse in hiis versari, si numero omnia participabant. Contingebat autem dicta sub eodem numero cadere; quare et si quibusdam idem numerus accidit, eadem invicem erunt eandem speciem numeri habentia, puta sol et luna eadem. Sed propter quid cause hee? Septem autem vocales, septem corde et armonie septem, que pleiades in septem dentes iaciunt quedam quidem, quedam autem non, septem autem qui ad Thebas. Utrum igitur quia talis numerus natus est, propter hoc autem illi fiebant septem, aut qui ad Thebas, quia talis numerus est, propter hoc aut illi fiebant septem, autem pleias septem astrorum est? aut hii quidem propter portas aut aliam quandam causam, hanc autem nos sic numeramus, ursam autem duodecim, hii autem plures. [illegible] Quoniam et symphonias aiunt tres esse, et quia ille tres et sic ea, quia autem millia utique erunt tales, [illegible] erit utique signum unum. Si autem quia duplum aliorum unumquodque, aliud autem non, [illegible] propter tribus existentibus locis, unum in uno loco sufferetur, propter hoc et tria sola sunt, sed non quia symphonie tres, quia pluribus quidem symphonie, hic autem non. Adhuc pares similes veteribus et antiquis homericis, qui parvas similitudines vident, magnas autem despiciunt. Dicunt autem quidam quia multa talia, puta medie, hec quidem novem, hec autem octo, et versus decem et septem, equalis numero; venit autem in dextra

quidem ipse in sinistro autem octo, et quia equalis distantia in litteris ab a ad e, et autem ad acutissimam [illegible] cuius numerus equalis celi universe. Autem oportet videre ne nullus talia nec [illegible] dubitare nec invenire in perpetuis quasdam modo [illegible] in corruptibilibus. Sed que laudate sunt nature [illegible] et hiis contraria et totaliter que in mathematicis, ut quidam dicunt et causas faciunt nature, videntur sic considerantibus diffugere. [illegible] modo determinatis [illegible] ipsorum est; [illegible] causam [illegible] bene [illegible] ordinis [illegible] est [illegible] [illegible] numeri [illegible] [illegible] [illegible] habent [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] in longitudine [illegible] in latitudine [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia quidem [illegible] [illegible] [illegible] species non faciendo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ipsorum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] pia.

Explicit methaph. ar.

Tabula

De littera Q

Tabula

IV

